- DEDUCTVM hoc nomen, ut ait Festus, quidam a caritate putarunt. quod absurdum est. quid enim Carimonijs cum Caritate? aut qua omnino similitudo? Isidorus quoque, & Massurius Sabinus apud Gellium, lib. IV. cap. 9. & Macrob. lib. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 3. a Careo deriuant. Ego a Carete opido, vel potius a Caritibus, eius opidi incolis appellatas Carimonias puto. quod confirmat T. Linius lib. v. & Valerius Maximus. Sunt etiam, qui a Calo deriuant; quod scilicet ad Cælestium honorem pertineant; ut Carimonia, quasi Calimonia, vocentur: sicuti & Caruleus, pro Caluleus, dicitur. ita patebit diphthongi causa. nam Calum cum Æ scribi, iam ostendimus. Nec desunt huius generis exempla, in quibus I, non E, in secunda syllaba reperitur; ut, Querimonia, Alimonia, Parcimonia, Sanctimonia, Mercimonia.
- CÆRVLEVS, cum Æ, quasi Caluleus, a Calo. libri, & lapides Roma, ad Portam Neuiam.
- CÆSELLIVS, cum Æ diphthongo, legitur in antiquo lapide. In agro Capuano.
- CÆSENA, vrbs florentissima, & copiosissima, in via Flaminia, sine, ut alijs magis placet, Emilia sita,

cum

cum Æ diphthongo scriberem, adductu auctoritate Græcorum. nam, cum in quibusdam codicibus Strabonis lib. v. ita Casena mentio esset, ut vix agnosci posset, nempe sic, καὶ σίνα, interpretorq; Et Sina, vertisset: admonuit me Antonius Casarius, iuuenis omnis antiquitatis peritissimus, καὶ σίνα, vnica dictione legendum: & de Casena intelligendum: quod Strabonis ipsius ordo confirmat. nominat enim eo loco Cliternā Forum Cornelij, Fauentiam; Casenamq; ait Ifapi flumio propinquam & Rubiconi: quæ omnes ciuitates parum inter se distant. Quod si Græci simpliciter cum E scriberent: nihilominus in Latina ciuitate Latinum nomen non immutarem, vidererq; mihi Casena ipsi iniuriam facere, si conarer detrabere ei litteram, quam tribuunt antiqui lapides, ex quibus vnus patrum nostrorum ætate Casenæ viscebatur, & nunc, eorum vel negligentia, vel temporum iniuria, nobis videre non licet: quem disertè scriptum habui ab amicissimo meo antiquarū inscriptionum ad litteram obseruantissimo.

Miror autem, ut aliquid dicā ἐν τῷ παρόργῳ, Petrum Victorium, in legendis veterum scriptis peruolutatum, locum Q. Ciceronis interpretantem, in lib. xv. i. Epistolarum extremo, qui sic habet: Nam isti duo, inquit, vix sunt digni, (Hirtius scilicet, & Pansa) quibus alteri Casenam, alteri Cossutianarū tabernarum fundamenta credas; ita pertinacem in vulgata lectione retinenda fuisse, ut, nulla mendæ suspicionē, ita se in optimis, & antiquissimis libris inuenisse affirmet; deq; Casena, in via Emilia sita, intelligendum existimet. parum aptè omnino: quippe qui aut Q. Ciceronis sententiam apertam non assequatur, aut Casenam ipsam

sam ignorare videatur. cum Q. Cicero, tamquam de abiecto loco mentionem faciat: Casena verò non adeò tum ignobilis, aut obscura fuerit, vt tamquam abiecta res nominari debuerit, praesertim ab homine Romano. Nec verò me mouet, quod Hadrianus Turnebus, Victorij sententiam secutus; Sidonij minimè affectus, in Aduersarijs suis nuper scripsit, existimare se Q. Ciceronem Casenam hanc, vt humile & ignobile opidum, per ludibrium nominasse adductum eiusdem Sidonij auctoritate, qui lib. 1. ep. 8. de Casena, vt furno potius, quàm opido, mentionem fecerit. Nam, cum Sidonius in tota epistola iocari cum homine Casenate constituisset; non dubitauit, Casenam Furnum nominare, per iocum. & quoniam tota epistola in eo genere versatur, visum est eam hic adscribere, vt omnes & facilius Sidonij sententiam assequantur. & de Casena sincerius iudicare possint. Exemplum sequitur.

Sidonius Candidiano suo S.

*Morari me Romæ, congratularis; illud tamen quasi
 ,, facetè, & fatim gnathonum salibus admixtis. Ais
 ,, enim, gaudere te, quòd aliquando necessarius tuus vi-
 ,, deam solem, quem vtique raro bibitor Araricus in-
 ,, spexerim. Nebulas enim mihi meorum Lugduncu-
 ,, sum exprobras, & diem quereris nobis, matutina ca-
 ,, ligine obstructum, vix meridiano feruore reserari. Et
 ,, tu isthæc nobis Casenatis Furni potius, quàm Opidi,
 ,, verna deblatteras? de cuius natalis tibi soli vel incun-
 ,, ditate, vel commodo, quid etiam ipse sentires, dum
 ,, migras iudicauisti, ita tamen, quod te Rauenna feli-
 ,, eius exfulantem, auribus Padano culice perfoffis, mu-
 ,, nicipalium ranarum loquax turba circumfilit. In qua
 ,, palude, indesinenter rerum omnium lege peruersa, muri
 ,, cadunt,*

*,, cadunt, aqua stant, turres fluunt, naues sedent, egroti
 ,, dcambulant, medici iacent, algent balnea, domiilia
 ,, conflagrant, sitiunt vini, natant sepulii, vigilat feres,
 ,, dormiunt potestates, fenerantur clerici, Syri psallunt,
 ,, negotiatores militant, milites negotiantur, student pi-
 ,, le senes, alea iuuenes, armis eunuchi, lituis foederati:
 ,, Tu vide, qualis sit ciuitas, vbi tibi lar familiaris inco-
 ,, litur, que facilius territorium potuit habere, quàm
 ,, terram. Quocirca memento innoxys transalpinis esse
 ,, parcendum; quibus celi sui dote contentis, non grandis
 ,, gloria datur, si deteriorum collatione clarescant.*

*Quis amplius dubitat de Sidonij sententia? Turnebum
 verò, transalpinum hominem, de rebus Italicis sen-
 tentiam ferentem, inania, pueriliãq; dicere, quis non
 videt? cur non & Lugdunũ, minimum opidum, & fri-
 gidissimum, dixit? At, de Casena tam malè eum opi-
 nari, non mirum. homo Gallus de Lugduno tacet, Ca-
 senam malè habet. Casenam verò, minimum, & fri-
 gidissimum opidum esse, qua auctoritate dixerit, ipse
 videat. Strabo certè libro quinto eo loco quem supra
 recitauimus inter nobiles ciuitates Casenam nume-
 rat. antiquaque inscriptio Casenam ciuitatem fuisse
 Romanorumq; Coloniam, testatur. Nec vllum vn-
 quam opidum inter Romanas Colonias annumeratũ
 fuisse, apud quemquam legimus. Idem Sidonius in
 Panegyrico, vlnosam Raucennam, nominat. Quod au-
 tem ad locum Ciceronis attinet, eum corruptum esse,
 omnes, vt puto, ex antiquorum exemplarium varietate,
 intelligent. nam cum hæc scriberem, nouũ habebam
 antiquos libros, in quorum primo erat Vix sunt di-
 gni, quibus alteri Casenam, alteri Cossurianarum ta-
 bernarum fundamenta credas, alter sic habebat, Vix*

sunt digni, quibus alteri Cesanam, alteri Cossucianarum tabernarum fundamenta credas. tertius, Vix sunt digni, quibus alteri Cesanā, alteri Consutianarū tabernarū fundamēta credas. quartus, Vix sunt digni, quibus alteri Casenam, alteri Consutianarum tabernarū fundamēta credas. quintus, Vix sunt digni, quibus alter Cesariā, alteri Cossucianarū tabernarū fundamēta credas. sextus, Vix sunt digni, quibus alteri Cesenā, alteri Consutianarū tabernarū fundamēta credas. septimus, Vix sunt digni, quibus alteri Cesenā, alteri Cossutianarū fundamenta credas. octavus, Vix sunt digni, quibus alteri Cesenā, alteri Consutianarū tabernarū fundamenta credas. nonus, quē cōmodavit mihi homo eruditissimus Fulvius Ursinus, Vix sunt digni, quibus alteri Consanarū, alteri Cossutianarum tabernarū fundamenta credas. Ut videatur fuisse duo genera humilium tabernarum, quae tunc edificarentur: licet ignota mihi taberne sint.

In hoc etiam loco pro Casenam, Cesanam legi, in veteri libro Casenatis Bibliotheca, & in impresso a Nicolao Iensone, anno Christi M. CCCCLXXV, affirmavit mihi Casarius meus, cuius diligentiam plurimi facio. Adde, quod Paullus Pater meus olim notavit in suis Scholijs in libro Vincentij Riccij legi, Vix sunt digni quibus gesa, vel quibus sutianarum tabernarum fundamenta credas. & in alio veteri libro, e Cypro, Censenam. Profert autem locum Lini idē Pater meus lib. IX. in quo sic est, in quibusdam libris: Eo anno Sora, Arpinum, Censennia recepta ab Samnitibus. nec ineptē suspicatus est, pro Casenam, Censenniam in Cicerone posse legi. et si in alijs Lini codicibus pro Censennia, Censenia, unica N. legatur: in alijs Censentia,

sentia; vel, Cosentia; vel, Consentia. Quidam Sereniam, reponunt, ex Diodoro lib. xx. Quidam alij, Aferriam, ut intelligatur de epido, in Samnio sito.

CÆSETIVS, cum Æ, familia Romana. libri veteres, Graeca consuetudo, & lapides Romae, in Foro Piscario, ad D. Angeli, in pariete domus cuiusdam.

CÆSIVS, cum Æ, nummi veteres, Alexandri Toti, L. CÆSI. & lapides Romae ad D. Mariae Rotundae, in adibus Paulli Pini. In domo Casia, & in hortis, Verona, Gambarà, in agro Brixiano, Aquile, Sassina, Neapoli, in adib. Hadriani Gulielmij, Opitergij, apud Melchiorios.

CAESONIVS, cum Æ, lapides in agro Tiburtino.

CAESTVS, cum Æ, libri veteres.

CALIDIVS, unica L, familia Romana. libri, & lapides Romae, in adibus Massaciorū. Ad D. Eustachij.

CALLIDIANVS, vero duplici LL, in adib. Colotianis.

CALPURNIVS; non CALPHURNIVS; aut CALFURNIVS. libri, lapides Capitolini, & alij. Deducitur autem a Calpo Numae filio; teste Plutarcho, in vita Numae; Onidio ad Pisonem, & Sex. Pompeio. Romae, sub porticu Capitolina. In adib. Benzoniurum, ad D. Marci. In adibus Massaciorum.

In hortis Carpens. In Musco Carpens. Ad D. Salvatoris. In Monte Caelio, ad D. Stephani, prope Neapellam, Neapoli, apud clariss. Comitē de Matalone, Puteolis, Hispellis, Pisauri, in adibus Marini Gotij Epidauri, Patauij.

CALIDON, cum I, non cū V. libri veteres, & Strabo.

CAMARA, dicitur, ut Verrius Flaccus affirmat, (apud Carisium, lib. 1.) non, CAMERA. per E. Sed Lucetius - cameraq; caminis Ex cratibus dicen-

do, etiam *Camera* dici posse, ostendit *Camera*, (inquit *Festus*) & *Camuri* *Bones à Carnatione*, ex *Græco κάρυον*, dicuntur.

CARISIVS, sine adspiratione, libri veteres, & duo nummi argentei *Andree Lauretani*, quorum vnus habet, **T. CARISIVS**: alter verò, **T. CARISIVS**; **III. VIR.** & alius egregij medici *Brixienfis*, *Aloysij Mondella*, itidem inscriptus; item alius *Alexandri Toti*, in quo est, **T. CARISIVS MONETA.** & alius *Matthæi Forerij*, cum iisdem litteris. *Aduersatur* tamen antiqua inscriptio, quæ est *Romæ apud Atilium Delphinium*.

CARTHAGINIENSIS, non, **CARTHAGINENSIS**. *Pandectæ*, *Priscianus lib. IV.* *Poëta*, & *lapides*. *Romæ*, in hortis *Carpens.* *Infra Capitolium*, ad *Arcu* *Septimij*, vetustissima inscriptio, nuper effossa, anno **M. D. LXXV.** mense *Sextili*, in *Capitolium* translata. *Charthaginis* autè nomē à *Charta* deducit *Seruius* in *Virg.* *An. li. I.* his verbis: *Charthago à Charta*, vt lectum est & in *historia Pœnorū* & in *Liuiō*.

CARVS, & **CARITAS**, sine adspiratione libri veteres, *Pandectæ Florentini*, *Virgilius Carpens.*, & *lapides*. *Romæ* in museo *Carpensi*. In hortis *Carpens.* *Ad Agonem*. In hortis *Cæsis*. In edibus *Capranicorum*. In edibus *Paulli de Horologijs*. In edibus *Arberinorum*. *Ad Forum negotiatorium*, in domo priuata. In edibus *Hadriani Fusconij*, *Episcopi Aquinatis*. In edibus *Iulij Porcarij*. In domo *Lelij Lali* ad **DD.** *Apoſtolos*. In hortis *Marij Pulchriuiri*, ad *Aquam Virg.* *Ad D. Marci*. *Ad DD. Cosmæ*, & *Damiani*. In adscensu *Quirin.* in vinea *Matthæi Morellij*.

Ad

Ad D. Petri ad Vincula. *Ad D. Ioan. Lateran.* *Ad D. Paulli*. *Ad D. Potentianæ*. *Ad Vrſi Vicum*. *Via Flaminia*, in hortis *Fabianini Montij*.

Castelletti, *via Flaminia*. *Neapoli*. *Luceriæ*, in edibus *Cæsaris Spatafore*. *Extra Mirabellam*. *Puteolis*. *Albæ*, ad *D. Paulli*. *Brixia*. *Aquileiæ*.

CASCELLIVS, duplici **LL.** libri veteres.

CASILINVM, vnica **S.**, & vnica **L.** libri veteres et *Strabo*.

CATIVS, & vnica **C.**, & duplici reperio in antiquis lapidibus; fortasse, quod duæ familie essent. *Beneuenti*. *Veronæ*. *Brixia*, in edibus *Calinorum*, non longè ab eadē *D. Mariæ* in *Calcaria*. *Gambæræ*, ad eadē *D. Mariæ de Ninc*.

CATVLLVS, *Valeriorum cognomen*, duplici **LL.** libri veteres, & nummi argentei duo, vnus *Rainutij Farnesij*, *Cardinalis*; alter verò, *Antonij Augustini*, *Episcopi Ilerdensis*, viri omni virtute præstantissimi; qui sic habent: **L. VALERIVS. CATVLLVS. III. VIR. A. A. A. FF.** & *lapides* *Romæ*, in hortis *Carpens.* In agro *Brixiano*.

CATVLVS, autem, *Lutatorum cognomen*, vnica **L.** *lapides Capitolini*, & alij. *Romæ*, in *Capitolio*. In *Foro negotiatorio*, prope *viam Iuliam*, in pariete quodam. *Vicetiæ*, ad *D. Stephani*.

CAVSSA, duplici **SS.** ex lapidibus *Capitolinis*, & alijs, & ex ipso *Cicerone*, ac *Virgilio*, vt *Quintilianus* tradit. Quod apud me tantum est, vt omnium prætereà lapidum, quicunq; aliter habent, auctoritatem, omnium etymologiarum rationem vincat, quamquam & *Etymologia* adiunget, vt deducatur à *Caueo*: & sit *Caussa*, quasi *Caussa*: quod & *Scaurus*, antiquus *Grammaticus*, indicat; licet vnica *Sin Caussa* ma-

gis

gis probet. *Rome, in Museo Carpens.* In edibus Colotianis. *Apud Pyrrhum Tharum.* *Sora, ad D. Restituta.*

In quibusdam tamen antiquis inscriptionibus vnica s, *Causa legitur Roma, in edibus Colotianis.* In Museo Carpens. In hortis Carpens. *Ad D. Lucia, in Silice, in capite Subura.* In edibus Arberinorum. *Trans Tiberim, ad D. Francisci.* *Mirabelle, in adib. Ferdinandi Guindacij.* *Brundisij, extra urbem.* *Neapoli, in edibus Hadriani Guilielmij.* *Mediolani, in eade D. Dionysij.*

CEDRVS, ne quis, contra Grecam Etymologiam cum diphthongo scribat; motus auctoritate quorundã antiquissimorum librorum. in quibusdam enim & optimi libri peccant.

CELLA, sine diphthongo, & duplici LL. libri, & lapides *Rome, in Museo Carpens.*

CELO, pro, Occulto, sine diphthongo. libri veteres, & *Virgilius Carpens.*

CENA, sine diphthongo; ex antiquissimo Bembi Terentio, alijsq; libris; preterea, ex antiquis lapidibus. Alij scribunt cum Æ, male omnino, nam si esset diphthongus apponenda, esset potius Oe. *Isidorus enim, lib. xx. cap. 2. Cœnam ait vocari a communiione vescentium. κοινον, quippe Graci Commune dicunt. unde & Communicantes, quod communiter, id est, pariter, conueniant: apud veteres enim solitum erat in propatulo vesci, & communiter epulari, ne singularitas luxuriam gigneret. Hac Isidorus. Dissentientibus autem libris, vtram ad partem lapides inclinãt, eam sequor. Auximi, quinque lapides. Ad Lirim amnem.*

CENTHO, cum aspiratione, cognomen *Claudia gentis. lapides Capitolini.*

CENTVMALVS, non CENTIMALVS, *Falviorum cognomen. libri, & lapides Capitolini.* Est & cognomen *Claudiorum, apud Cic. de Off. lib. iii. Pomponium Iurisc. L. Florum lib. ii. & de vir. ill.*

CEPHALLENE, in sula, duplici LL. libri veteres, & *Græca consuetudo.*

CERA, sine diphthongo. libri veteres, *Virgilius Carpens, & Græca consuetudo.*

CERIALIA, non CEREALIA. libri veteres, nummi tres argentei, *Andree Lauretani, Matthæi Forerij, Jo. Marie Sculptoris, qui sic omnes habent, c.*

MEMMIVS, C. F. QVIRINVS. MEMMIVS

AED. CERIALIA. PREIMVS. FECIT. &

lapides *Rome in edibus Colotianis.* In edibus *Capranicorum.* In adib. *Euryali Rufini, ad Buxta Gallica, Sapini, in Samnio, Pisauri, in horto Ducis.*

CESELLIVS, sine diphthongo legitur in antiquo lapide: nec tamen, ita scribendum esse, ausim affirmare. *Rudis, in Apulia.*

CESTIANVS, & CESTIVS, sine diphthongo, duo nummi argentei *Andree Lauretani, sic inscripti,*

CESTIANVS S. C. (vide, PLAETORIVS) & antiqui lapides *Rome, ad D. Marie in Ara Cali.*

Ad Portam Ostiensem, in pyramide. In edibus *Capranicorum.* In hortis *Fabiani Montij.*

CESTVS, sine diphthongo; cingulum *Veneris, a Græco κερτεϊ: unde κερτων, genus teli.*

CETERA, sine diphthongo. libri, *Virgilius Carpens, & lapides Rome, ad D. Martini, e regione Montium.* *Ad Agrippinas.* In hortis *Carpens.*

Ad D. Stephani in Silice. Tibure ad D. Vincētij. In opido Ticuli, dioc. Urbeuetana. Neapoli, ad D. Io. Maioris. Puteolis.

CIPVS, Genuiciorum cognomen. nummi argentei veteres, sic inscripti, M. CIPI. M. F.

CIRCVMVENIO, nō **CIRCVNVENIO**, & similia, cōseruata vltima littera prepositionis *Circum*. nec. n. respuūt aures *Circumuctus, Circumductus, Circumseptus, & similia Romæ*, in hortis *Carpēs*. In vinea *Io. Poggi, Episcopi Tropien. Neapoli. Inguij.*

CIVS, non, **TIVS**, ita scriberem vt pronuncietur, in deriuatis aut à supinis, aut à nominibus: à supinis, vt, *Aduenticius, Ficticius, Editicius, Translaticius, Impositicius, Institicius, Dediticius, Repticius, & similibus*; à nominibus, vt, *Patricius, Tribunicius, Edilicius, Latericius, Nonicius, Compitalicius*. in quo veterum librorum, & omnium lapidum, maxime q̄, *Capitolinorum*, qui apud me plurimi sunt, auctoritatem sequor. Nummus etiam aereus *Rinaldi Odony, auunculi mei*, sic habet ab vno latere: **C. GALLIVS. LVPERCVS. III. VIR. G. A. A. A. FF.** ab altero verò, **AVGVST. TRIBVNIC. POTEST.** Romæ, in edib. *Curtij Saccotij. In mole Hadriani. Ad Portam D. Laurentij. Ad D. Agathe. Ante Aedes Faustinae de Magdalenis, prope Forum Alteriorum. In edibus Maffiorum. In edibus Atilij Delphinij. In domo de Valle. Ad D. Marie Monticelli. In Equicolis.*

Fani. Formijs, via Appia. Cyperani. Venusiæ.

CLOACA, non **CLVACA**; ex antiquis lapidibus. Romæ, in edibus *Atilij Delphinij. Ante edes Casias. In agro Tiburtino, duodecimo ab Urbe lapide.*

In

In hortis Fabianini Montij. Apud domū Bruti de Pallis, e regione D. Lucie. Ad edes Rusticorum. Et ex argenteo nummo Rainzti Farnesij, Cardinalis, in quo est, L. MVSSIDIVS. LONGVS. CLOACIN. & alio item argenteo itidem inscripto Rinaldi Odony auunculi mei. Et si Victorinus Afer, & Festus, Cluaca, scribendam putent, a Conluendo.

CNAEVS, Prænomen, cum **C.** & **Æ** diphthongo, Græca consuetudo: quamquam *Diomedes, Priscianusq̄*, aliter sentiant: quos refellunt antiqua monumenta.

COCCEIVS, duplici **CC.** libri, & lapides. Romæ, in hortis *Fabianini Montij, via Flaminia. In edibus Capranicorum. In domo de Valle. Ad D. Marie supra Mineruam, in pariete domus. Ad D. Paulli. Infra Capitolium. In crypta. D. Sebastiani. Neapoli. Vrie, in summo Templo. Attigij, qui est vicus, prope Fabrianā.*

COELIVS, cum **Oe.** libri veteres, duo nummi argentei *Andree Lauretani, in quibus est, C. COELIVS. CALDVS. & alius Matthæi Forerij, itidē inscriptus; itē alius eiusdē, his litteris, C. COIL. CALD. & alius Romæ, apud quendam veteramentarium, ab vno latere, C. COEL. CALDVS. ab altero, L. CALDVS. VII VIR. EPV. itē alius, COEL. BALBINVS. & lapides. Romæ, ad radices Quirinalis. Ibidem, in vinea Matthæi Morellij.* *Ad D.*

Ioan. Lateran. in ede hospitij publici. Ad Campū Floræ, in pariete domus cuiusdā. Nō longè à Trebia. Sentini. Brebia, in agro Mediolanēs. In agro Veronēs. Brixia, ad D. Afre. Neapoli. Melita.

In quibusdam tamen antiquis lapidibus contra scri-

scri

scriptum reperi Roma, in Museo Carpens. In Vaticano, in vinea quadam, extra portam 'D. Petri; Dentecani, in Apulia.

COEPI, cum *Oe*, pro, *Incepi*, ab antiquo verbo, *Cœpi*, libri veteres, *Virgilius Carpensis*, & lapides *Vna Ostiensi*, *IV. ab urbe lapide.*

COLLEGA, non **CONLEGA**, & similia, aurium sensu comprobante, cui multum tribuisse video *Ciceronem*, in eo libro qui inscribitur, *Orator.*

COMISSATIO, vnica *M*, & duplici *ss*, ex *Fest* sententia, qui deducit a *Vicis*, quos *Graci* *κόμης* dicunt; vnde *κομίζω*. Eius verba sunt: *Comissatio a Vicis*, quos *Graci* *κόμης* dicunt, appellatur: in his enim habitabāt prius. quā opida conderētur. quibus in locis alij alios, conuictus causa, inuitabāt. Sunt qui scribāt, *Comessatio*: vel *Cōmessatio*; contra omnē antiquitatē. Quidā libri veteres, *Comisatio*, contra *Festū*, & *Gracā* etymologiā. Nonnulli libri, *Comissatio*; alij, *Comisatio*: a quibus, eadem causa, dissentio.

COMPREHENDO, sine diphthongo. ex *Terentio Scauro*, veteri *Grammatico*, antiquisq; lapidibus, contra veteres aliquot libros. corripitur enim in secunda syllaba apud *Poētas*. *Rome*, ad viam *Portuensem*, in vinea quadam; *Neapoli*, in adibus *Hadriani Gulielmij*.

CONCIO cum *c*, quis dubitat scribendum esse? cum sit, ut ait *Festus*, quasi *Conuocatio*: ut a verbo *Conciare* deductum esse videatur. Hoc notari, ne quis moueatur, si quando in veteribus monumentis viderit **CONTIO**.

CONDEMNNO, non **CONDEMPNO**, ex antiquis aliquot libris, & aurium suauitate. *Condempno* enim ineptum,

ineptum, nimisq; absurdum, videtur.

CONDICIO, cum *c*. ex antiquis libris, & *Virgilio Carpens*, in quo sic ille versus legitur, *Æn. lib. 12.* „ cur mortis adempta est *Conditio*. Sic etiam est in antiquis lapidibus. *Rome*, in adibus *Columnensium*, ad *DD. Apostolos*. In hortis *Carpens. Rauenne.*

CONIUX scriberem, non **CONIUNX**; aut **COIUX**, ut est in quibusdam antiquis lapidibus. nam placet deriuare à *Jugo*, vel a *Coniugo*, verbo, ut videtur sensisse *Catullus*, *LIX.* Tum *Thetidi* pater ipse in-
gandum *Pelea* sensit. Sunt, inquit *Cacilius Minucianus*, in libello de *Orthographia*, qui scribant, *Coniux*, citra vllum omnino *N*, a *Coeo*: alijs, vnum addere placet; & *Coniux*, dicunt: sunt qui duplex, ut sit, *Coniunx*; ex opinationis varietate, in verbi deductione. *Rome*, in *Vaticano*, in vinea quadam. Ad *D. Apollinaris*. Ad *D. Ambrosij*, in vase aque benedictæ. Ad *D. Cecilie*, trans *Tiberim*. Ad *D. Paulli*. Apud *Episcopum Ferratinum*. Ad *D. Clementis*. Ad *D. Xysti*, ad portam *Capenam*. Ad *D. Laurentij* extra muros. Ad *D. Io. ante Portam Latinam*. Ad *D. Angeli*, in *Foro Piscario*, in pariete domus cuiusdam. Ad *D. Michaielis*. Ad *D. Eustachij*. Ad *D. Marie*, in ara *Celi*. In adibus *Hadriani Fusconij*, *Episcopi Aquinatis*. In adibus *Aloysij Rusinij*. In adibus *Fabricij Maximi*. Ad *Columnam Antonini*, in adibus *Bubalorum*. In via publica, prope adem *D. Marcelli* & *D. Marie* in via lata. Ad *D. Marie Rotunde*, in adibus *Paulli Pini*. In adibus *Gasparis Scapucij*, *Canonici Lateranen.* Trans *Tiberim*,

rim, ad D. Saluatoris. Ad D. Rufine. Ad D. Chryfogoni. Ad D. Mariæ in via, apud eruditissimum virum Octavianum Pantagathum.

In edibus Atilij Delphinij. In edibus Maffiorum. In edibus Capranicorum. In domo de Valle. In edibus Paulli de Horologijs. In domo Carpens. In Museo eiusdē Cardinalis. In hortis eiusdē Cardin. E regione Montin, in edibus Vincentij de Menichellis. In edibus Domitij Casallerij. Trans Tiberim, ad D. Bartholomai.

In hortis Fabianini Montij. Via Flaminia.

In Pratis Quintijs, ad vineā quandam. Trans Tiberim. Ad D. Mariæ, in porticu. Ad Portam Appiam. Tibure. Ibidem, ad D. Siluestri. Sentini. Auximi, in Piceno. Ansculi, ad D. Francisci. In Agro Sorano. Neapoli.

Puteolis. In ciuitate Cauensi. In Apulia.

Mirabella, in edib. Ferdinandi Guindacij.

Gennadij. Brundisij. Ocricoli. Pisauri.

Venerius, in riuo Pontis Angeli. Patavij. Verona. In agro Veron. Brixia, ad D. Desiderij.

Casalis Mauri, in agro Brixiano, ad D. Mariæ de Dorso. Tergest. Vtini. Lugduni, ad Portam D. Iusti. Et alibi, sapissimè.

C O I V X, *in sequentibus.*

Rome, apud Hilarium Ursinum, in viridario. In edibus Capranicorum. In hortis Sudorinorum, ad D. Rocchi. Ad D. Clementis. Ad D. Apollinaris. Ad D. Jo. Lateran. in hospitio publico. Ad D. Paulli. Ad D. Mariæ in Foro Iudao-

Iudaeorum. In ade D. Crucis, ad Forum Iudaeorum. In ade Hieron. Spannochy, ad Aculeam. S. Mantthi. In ad. Arberinorum. Ad D. Paulli. In edibus Populi R. ad D. Mariæ in via.

In viridario Paulli Bubali. In edib. Hieronymi Picij. Beneuenti. Neapoli. Extra Mirabellam. Ultra Accadium, in crypta Ecclesie D. Mariæ Beuialis. Auximi, in Piceno. Placentiæ, ad D. Antonij.

C O N I V N X.

Rome, in edib. Atilij Delphinij. In edib. Casarellorum. In vinca Io. Poggij, Episcop. Tropien. Neapoli.

C O I V N X.

Rome, in domo Carpens. Sutrij, in hortis Cathedralis Ecclesie.

C O N I V N X S.

Rome.

C O I V S.

Rome, in edib. Arberinorum.

C O N N V I V M, *duplici NN, ratione compositionis: nec enim placet adimere litteram, quæ in pronuncian- do nihil impedit; vt in, Adscisco, & similibus. Contra tamē habet Virgilius Carpeſis, & antiqua lapidis inscriptio, Venetys apud Grimanū Patriarcham.*

C O N S I D E R O, *cum I, non cum X: quia Latinum est, non Græcum: & ita veteres scribebant.*

CONSUMMO, *Consumis*, vnica M. nemo enim dici ne-
gabit in praterito, vnica M, *Consumpsi*.

CONSUMMO, *Consummas*, duplici MM. libri vete-
res, & lapides. Rome ad D. Petri. Ad D. Ni-
colai.

CONVICIVM, cum C. ex antiquis libris, & ex Ety-
mologia; quasi, *Conuocium*, ut ait Labeo, apud Vl-
pianum Iurisconsultum; & Festus: vel a *Vicis*, in
quibus prius habitatum est: vel fortasse ab utroque,
id est a confusis Vocibus in *Vicis*. Nonius etiam, cum
dixit, *Ignobilitatem loci*, a *Vicis* *Conuicij* nomen
videtur derivasse. Eius verba, satis mendose, sunt:
„ *Conuicium*, dictum est, quasi, vitius locum, qui secun-
„ dum ignobilitatem loci maledictis, & dictis turpibus
„ cauilletur. Nam *Valla* opinionem, qui a *Vitium*, vel
a *Vito*, *Conuicium* deducit, nullo satis firmo proba-
tam argumento, & a Festo, & a *Labeone* dissentien-
tem non videor probare debere.

CORONA, sine adspiratione. libri veteres, *Virgilius*
Carpensis, & lapides. Rome, ad D. Marie trans
Tiberim. Extra portam *Flaminiam*, in vinea qua-
dam. *Praneste*. *Formys*, via *Appia*. *Fel-
ginci*.

CORVNCANIVS, non CORVNCANVS. libri
veteres, lapides *Capitolini*, & alij; & *Græca* con-
suetudo. Rome, in adibus *Capranicorum*.

CVLICITA, non CVLICITRA, scribendum, ex an-
tiquissimorum librorum auctoritate; & ex *Cypriano*
Veronensi, maiusculis litteris ante mille annos per-
scripto: quem librum a *Canonicis Veronensibus* sibi
dono datum, præstantissimus *Cardinalis Carolus*
Borromeus, *Pij IV. Pont. Max.* sororis filius, in
sua

sua elegantissima *Bibliotheca*, antiquis, & optimis
libris referta, asseruandum curat.

CUNCTARI, non CONTARI. ex antiquis libris,
Virgilio Carpensis, & Festo; qui, a *Verrio* dissentiens,
Percunctatio, scribi vult, non, *Percontatio*: quod is
qui curiosè quid interrogat, per cuncta visit.

CYDONIS, cum Y. *Græca* consuetudo.

D

DAMARATVS, non DEMARATVS, prænomen
patris *Tarquinijs Prisci*, v. *Romanorum Regis*; lapi-
des *Capitolini*, & alij.

DECVLA, non DECOLA, cognomen *Tulliorum*. li-
bri, & lapides *Capitolini*.

DEFINITIO, scriberem libentius, quàm DIFFI-
NITIO. assentientibus *Pandectis Florentinis*, & la-
pidibus. *Patanij*. Rome, ad D. Petri *Basilicam*.
Sic & DESIGNATOR, habetur in tribus antiquis
inscriptionibus. Rome, in *Museo Carpensis*.
In adibus *Colotianis*. In *Arcu Aquæ Virginis*.

Contra tamen, DISSIGNATOR, legitur in lapide
qui est in oppido vulgo *Pontecoruo*: quod è *Fregel-
lanorum* reliquijs constructum putatur.

DELICIAE, cum C. a *Delicatus*. libri veteres, *Vir-
gilius Carpensis*, & lapides. Rome, sub porticu
Capitolina.

Ad *Forum Iudaorum* parieti cuiusdam domus affix.
Ad *Forum Piscarium*, in domo quadam. Ad
adem *Trinitatis*, ad *Pontem Xystum*. *Anagnia*, in
pariete quodam. *Aquini*, in suburbio. *Benene-
ti*, ad D. *Sophia*. *Placentia*, ad D. *Sepulcri*.

Cæsena, in Burgo.

DELECTVS, contra libros aliquot veteres, multo scripserim libentius, quam Dilectus; à verbo, Deligo, quod componitur ex De, & Lego; quasi, De multis lego: vt, Dccerpo, quasi, De multis carpo. et si Festus, aliter sensisse videatur, cum dixit: Dilectus militum,

Et is qui significatur Amatus, à legendo dicti sunt.
DELMATÆ, non DALMATÆ, lego in veteribus libris, & lapidibus. Patani, apud Paullum Rhamnusium, Io. Baptista, x. virum Consilij à secretis, filium, comparem meum. Velius quoque Longus, in libro de Orthographia ex auctoritate Varronis, Placet, inquit, vt Delmatiam, nõ Dalmatiam, pronunciemus, quoniam à Delminio, maxima ciuitate, tractum nomen existimetur.

DEMINVO, non DIMINVO. libri veteres.

DESIDERO, cum I, non cum X: Latinum enim est; nec aliter veteres scripsisse video. Romæ, extra Portam Flaminiam, in vinca quadam. In adibus Maffiorum, è Ceritibus allat. In ad. Francisci Lische. In adibus Bruti Vallengis.

DIOECESIS, non DIOCESIS. Pandectæ Florentini. Græci quoque, Διοικησις, dicunt.

DISSICERE, verbum, exsulat hodie à lingua Latina, & bonorum auctorum libris. Id quidem vini nonnulli eruditi asserere, & vindicare conati sunt, sed nihilominus in squalore & peregrinitate iacet; quia nec dum eius originem & vim quam explicauit. Ego existimo, Dissicere, propriè idem valere, quod Dissiccare: nam & in alijs compositis verbi Seco, E mutatur in I, vt in Proficor, quo vititur Plantus in Pœn. Iratus
 vetui

vetui exta proficariet: & Proficies apud Varro-
 nem lib. xi. rerum diuin. referente Nonio Pro-
 fecta; Proficiæ, apud Solinum, & in veteribus
 Glossis Latinogracis; Proficium, apud Festum; &
 Præficiæ, in Arnob. lib. vii. Sic & Inficia,
 apud Varronem lib. iv. de lingua Latina, & Sub-
 ficiuus, nam ita in vetustis libris perpetuo scribi-
 tur; & Exficare, apud Plantum Ruden. Quin tu in
 paludem is, exficalq; harundinem. sic vet. codices
 habere, Hadr. Turnebus monuit, quod perperam à
 quibusdam immutatum fuerat. Multa autem con-
 currunt, quib. in hanc opinionem adducar. In veteri
 Lexico, manu exarato, quod penes me habeo, quo
 loco, de verbo, Seco, agitur, eiusq; derivatis, & cõposi-
 tis, sic scriptum reperi: Dissico, as. inde Dissectus,
 vel Dissecat, & Dissectim aduerbium, & Dissi-
 cio. Et in littera D, Dissicere, dissiccare. Quia
 verò huiusmodi Lexicis non multum existimo tri-
 buendum esse, scioq; quamplurima in ys esse inepta,
 & absurda, testis accedat locuples, omniq; exceptione
 maior, Priscianus, qui libro xiv. extremo, vbi de
 Dis, præpositione agit, docetq;, quibus ea litteris, in cõ-
 positione præponitur: Sciendum, inquit, quòd tunc
 Dis præponitur, cum sequitur c, vel f, vel p, vel
 s, vel t, vel r, loco consonantis; vt, Discumbo,
 Discutio, Differo, Diffido, Diffundo, in quibus s,
 in f cõuertitur, euphoniæ causa; Displiceo, Dispu-
 to, Disperdo, Dissicio, Dissero, Distraho, Distur-
 bo, Distorqueo, Dissiectus, Dissungo. Ita legen-
 dum, & litterarum ordo, & manuscriptorum codi-
 cum auctoritas euincit, quorum plerique habent
 Dissitio; quam etiam scripturam reperi in veteri
 quadam

quadam editione Veneta: duo autem, omnium opti-
mi, Difficio; supra quam vocem, in vno, Disseco,
scriptum est. sed omnem scrupulum eximit Lactan-
tius, qui lib. 11. cap. 11x. narrans notam illam,
& multorum scriptis celebratam, de Tarquino
Prisco, & Attio. Nauio augure historiam, ita scri-
bit: Cape igitur hanc, inquit, cotem, eamq; no-
uacula diffice. at ille, incunctanter accepit, ac se-
cuit. Sic omnes lib. vet. vulgari, partim, Diffice,
partim, Disseca. Cicero, hanc ipsam rem narrans,
dicit, Præcidere; Linius Discindere. Idem lib. 3.
cap. 17. vbi aduersus Epicuri atomos, disputat. Cum
verò, inquit, tam minuta hæc corpuscula esse di-
cantur vt nulla ferri acie diffici valeant; quo mo-
do hamos, aut angulos habent? sic libri vet. impres-
si autem, Dissijci. Atq; idem auctor, in lib. de Ira
Dei. c. x. de illis corpusculis ita scribit: Tam dimi-
nuta sunt, inquit, vt nulla sit acies ferri tam subti-
lis qua secari ac diuidi possunt. Illo loco dixit, Dis-
fici; hoc, Secari, ac diuidi. Cum de huius verbi signi-
ficatione constet, iam locos quosdã indicabo, in quibus
ex antiquis monumentis, aut ex cõiectura, quasi postli-
minio collocandis videtur. Virgilius lib. VII. Æn.
Diffice compositã pacẽ, fere crimina belli. Ita esse
in omnibus antiquis cod. Pierius testatur; ita etiã est
in omnibus quotquot vidi. Quamquã ille fallitur di-
putat, Diffice, pro Dissice, s; geminato scriptum esse ea
ratione, vt cõcitatus enũciaretur quod in alijs plerisq;
vobis à veteribus factitatum est. Idẽ lib. XII. ille
securi Aduersi mediam frontem mentumq; re-
ducta Difficit, & sparso latè rigat alma cruore.
Sic libri vet. omnes. Quorum nonnulli, in interstitio, su-
pra

pra eam vocem habent, 1. Diuidit. In vulg. est, Dis-
ijcit. Reponenda quoq; est hæc vox apud Val. Max.
duobus locis. Vnus est lib. III. cap. Qui a parentibus
claris degenerauerunt: in quo de Q. Fabij Maximi
filio, cui bonis a Pr. Urbano interdictum fuerat, ita
scribit: Dolenter enim homines ferebant, pecu-
niam, quæ Fabiæ gentis splendori seruire debebat,
flagitiis diffici. Sic scriptum reperi in duobus anti-
quissimis, & optimis exemplaribus; sic in suis Gisa-
nius, & Pighius: quamquam neuter verbi originem
& vim explicauit. Vsurpauit autem Pecuniam dissi-
cere, eadem translatione, qua Catull. in Casarem,
Paterna primùm lancinata sunt bona. & Plaut.
in Sti. Lacerare rem suam: quod idem genus loquen-
di Sallustius vsurpauit in coniuratione Catil. Nam,
quicumq; impudicus, adulter, ganeo, alea, manu,
ventre pæne bona patria lacerauerat. sic ferè libri
vet. nam vulgo legitur, Dissipauerat. Atq; hic Va-
lerij locus me induxit ad conatum emendandi lo-
cum veteris poëta apud Cic. in ea pro M. Caelio, quo
loco patres ex comædijs excitat. Apud eum igitur co-
micum, Cacilium fortasse, pater vehemens, & durus,
filium dissolutum, & perditum, his obiurgat verbis:
Cur te in istam viciniam meretriciam contuli-
sti? cur, illecebris cognitis, non refugisti? cur alie-
nam illam mulierem nosti? dele te, ac dissice, per
me licebit: si egebis, tibi dolebit: Mihi fat est qui
ætatis quod reliquum est oblectem meæ. Quæ po-
strema verba & si bonam sententiam habere videan-
tur, ea tamen vti corrupta existimem, adduor ex eo,
quod in vetustis lib. aliter concepta sint; in hunc nem-
pe modum; Dede, ac Disce: vnde conyicio legendum,
C 5 Dede,

Dede, ac Diffice, id est, rem tuam dona, ac dissipa, disperse, profunde. Dedere autem, pro dare, à Plauto, Terentio, Lucretio, aliisque antiquis auctoribus usurpatum est. Hanc verò coniecturam ea que statim sequuntur, adiuvare videntur: Si egebis, tibi dolebit, &c. Sic ferè Demea Terentianus, tristis, & directum pater, de Æschine filio, cum Mitione leni & clemente iurgat: Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet, Adelph. act. 1. sc. 2. Atque idem Demea severitatem & asperitatem in liberos, quia non benecesserat, omittere cogitans, eosque facilitate & clementia sibi in posterum conciliare, sic loquitur:

Ego quoque à meis me amari & magnipendi postulo.

Si id fit dando atque obsequendo, non posteriores feram.

Deerit: id mea minimè refert, qui sum nati maximus.

Act. 5. sc. 4. Alter Valerij Max. locus est, lib. 8. cap. 15. de cupiditate gloria extr. Illa verò, inquit, gloria cupiditas, sacrilega: inuentus est enim, qui Dianæ Ephesiæ templum incendere vellet, ut opere pulcherrimo consumpto, nomen eius per totum terrarum orbem difficeretur, &c. Sic in duobus illis opt. exemplar. scriptum est; pro quo editiones omnes, quotquot videre mihi contigit, habent Diffunderetur, præter Moguntinam anni Dom. ∞ D LXXI. quæ, & hic, & alijs in locis, propius ad librorum manu exaratorum scripturam accedit. In ea autem legitur, Dificeretur. Diffici autem nomen dixit, eadem ferè translatione, qua Virg. lib. 8. Æn. -tua terris didita fama.

i. dif.

i. dissipari, vel dispergi. Nam in ea significatione verbum istud à veteribus usurpatum fuisse argumento est locus Isidori lib. XII X. ubi de Triumphis disserit: Duobus autem generibus, inquit ille, deletur exercitus, aut internicione, aut dispersione. Sallustius, Hostes, inquit, oppressi, aut dilapsi forent. Sic & utrumque Virgilius, de internicione, -submersasque obrue puppes. De dispersione, Aut age diuersos, & dislice corpora ponto. Quem locum descripsi ex cod. scriptis, in quorum uno supra τὸ Diffice, scriptum est, i. Dissipa: nam in vulgatis paullo aliter legitur. Ex quo apparet, Isidorum apud Virg. legisse, Dissice: quam etiam lectionem agnoscunt veteres libri, cui tamen vulgata, Dissice, anteposuerim, præsertim cum aliquot post versibus dicat, Dissicetam Æneæ toto videt æquore classem. Reddenda quoque est vox ista Plauto in Curcul. act. 3. Clypeatus elephantum ubi machæra difficit. Sic est in veteribus editionibus; sic ferè in suo vet. codice C. esse testatur: atque ita planè legendum puto: quamvis Festi & Nonij auctoritas refragari videatur. Hic enim ita scribit: Diligere, manifestam habet significationem, ut plerumque: Diligit, diuidit. Plautus Curcul. Clypeatus elephantum ibi machæra diligit. Que lectio inde recentiores Plauti editiones inuasit. Festus autem, Dirigere, inquit, apud Plautum inuenitur pro Discindere: ita puto leg. pro Discedere. quo modo etiam hic locus adducitur à C. . . . Sed utriusque tamen libri vereor, ut non satis emendati sint: atque, ut id verear, facit, quod locus ille Nonij in vet. impressis sic vulgatus est: Dissicere manifestam habet signi-

significationem, ac plerumq; diligit diuidit. Plautus Curcul. Clipeatus elephantum ibi machæra difficit. *Quod me monuit Jo. Passeratius: atq; hoc etiam, illud Nonij.* Rumpere; Rumpere, difficere. Virg. Buc. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis; sic in vet. cod. scriptum extare, Rumpere, difficere. Sic & Ouid. in xi. *Metamorph.* hac voce vsus est de Halcyone, Ceycis uxore, - & nondum totos ornata capillos, Difficit hos ipsos, colloq; infusa mariti, &c. Nam, ita veteres suos libros habere, Gifantius testatur: quomodo etiam in ijs quos vidi, scriptum est, præterquam in vno, in quo, Difficat, legitur. Atque idem lib. v. de Cerere, - inornatos lanauit Diua capillos. Seneca in Agamemnone actû 5 inducit Cassandrâ de Agamemnone, qui rû occidebatur, capite veste obuoluto, hæc dicenti:

Atille, vt altis h ispidus siluis aper
Cum cassè vinctus, tentat egressus tamen,
Artatq; mptu vincla, & incassum furit;
Cupit fluentes vndique & cæcos sinus.

Difficere, & hostem quærit implicitus suum.

Sic lib. veteres, pro quo impr. Dificere, de quo a N. Fabio admonitus sum. Sed & in Valerio Flacco, lib. 3. Argon. hæc vox reponenda est, - socia sed difficit agmina claua.

ita libros manuscr. habere, viri docti testantur, quamquam non intellexerunt, aut non saltem explicarunt. vulg. Difficit. Et in Prudentio, duobus locis:

hymno 1. καὶ ἐν ἑσπέρῳ extremò,

Tu Christe somnum diffice.

ita liber scriptus optimus: ad cuius oram adnotatum est, i. Dissipa, disperge, discute. Alter locus est

in hymno de Laurentio, πρὸς σεβάρων:

Cum membra morbus difficit.

Ita v. l. quod etiam Gifantius indicauit. excusi partim Difficit, partim Diffecat. Id pene oblitus fueram, illud Nonij Gymnastico, Saxa, siluas, lapides, montes, difficis, dispulueras. sic in vetustis cod. scriptû esse, mōtes difficis, dispulueras; apud Non. Dispuluerare: Atque hoc Memmius mihi indicauit. Hæc habui a Claudio Putcano, Parisense, iuvene eruditissimo.

DOLABELLA, non DOLOBELLA, cognomen Corneliorum. libri veteres, & Etymologia: venit enim à Dolabra, per diminutionem: lapides Capitolini, & alij. In Illyrico Epidaurò, ad Scauri montis radices prope Sacellum D. Thoma, repert. an. ∞ DXLVII. & ad vineam Vrsi Geruini translata.

DOMITIVS, cum T. lapides Capitolini, & alij; & nummus argenteus Andreae Laurentani, in quo est CN. DOMITIVS. AHENOBARBUS. & alius Matthæi Forerij, itidem inscriptus. quattuor item argentei Rinaldi Odonij, auunculi mei, sic inscripti, IMP. CÆS. DOMITIANVS. AVG. GERM. R. P. V. II. & septem ærei eiusdem, sic à latere inscripti, CÆSAR. AVG. F. DOMITIANVS. COS. II. ab altero verò, FELICITAS. PVBLICA. & duo eiusdem argentei, sic inscripti, IMP. CÆS. DOMITIANVS. AVG. GERM. R. P. V. II. duo item eiusdem, CÆSAR. D. F. DOMITIANVS. COS. VII. Octo item eiusdem ærei, sic inscripti, ab vno latere, CÆSAR. AVG. F. DOMITIANVS. COS. II. ab altero autem, FELICITAS. PVBLICA. & meus, in quo est, IMP. CÆS. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. XI. item duo eruditissimi viri,

virī, Laurentij Masse, à secretis Reip. Veneta, qui sic habent, CÆSAR. AVG. F. DOMITIAN. COS. V. & alius eruditi iuuenis, Iulij Jacobonij, Interamnatis, CÆSAR. DIVI. F. DOMITIANVS. COS. VII. PRINCEPS. IVENTVTIS.

Roma, ad D. Mariæ in via, apud Octavianum Pantagathum. Ad D. Nicolai Capucinatorum ad radices Quirinæ. Ad D. Agnetis.

Ad S. Quiricum. Ad D. Paulli. Prope D. Mariæ Monticelli, in pariete Pistrini.

Ad Portam Appiam, in vinea quadam. In domo Casia. Sub monte Casinate, non procul ab opido S. Germani. Prænestæ. Neapoli, in adib. Hadriani Gulielmij. Verona. Brixia, in Foro.

DVILIVS, non DVILLIVS, aut DVELLIVS, familia Romana: lapides Capitolini, & alij. Aquini, in suburbio. Quamquã in aliam sententiam renocor auctoritate Ciceronis, cuius hæc sunt in Oratore:

„ *Quid verò licentius, quam quod hominum etiam nomina veteres contraherent, quo essent aptiora. nã, ut*
 „ *Duellũ, Bellũ; & Duis, Bis; sic Duellium, eum qui*
 „ *Pœnos classe denucit, Bellũ nominaverũt; cũ superiores appellati essent semper Duellij. Vide & Quintil.*
 „ *lib. I. Belliorum existant inscriptiones.*

DVMTAXAT, cũ M. libri veteres, & lapides. Ravenna. Venetijs, apud Antonium Grimmanum, Patriarcham Aquileien. patricium Venetum, in tabella.

DVROCORTORVM, non DVROCORTVM. libri veteres, & Ptolemæus, qui Δυροκόρτορον. Malè apud Srrabonem, Δατικόρτορον.

E

ECLOGA, non EGLOGA; aut ÆGLOGA. à Græco Εκλογή. EPISTOLA, non EPISTVLA. nam deducitur ab Επιστολή.

Ut igitur Stola, & Apostolus, quæ ab eodem verbo manifestè deducuntur, sic Epistola libentius dixerim, quam Epistula. quamquam non ignoro, Epistula potius reperiri in antiquis monumentis. Græci quidem, Επιστολή, & Διαστολή, quod ab eodem verbo derivatur. Epistolũ autẽ cognomen cum O, legitur in perantiquo Tiburtino lapide, apud Octaviũ Pantagathũ, meum.

EPISTVLA tamen legitur in decẽ lapidibus. Roma, in basi, reperta in Antonianis. Ad adẽ D. Lucia in silice, in capite Subura. In adib. Atilij Delphini.

Ibidẽ. In adib. Capranicorũ. In adib. Benzontorũ, ad D. Marci. Roma. Retro Arcũ Constantini, in muris vineæ cuiusdã. In adib. Massiorũ. Ibidẽ, è Caritib. allat. Gratia, arcis munitissima, in Stria, in palatio Archiducis Caroli, in atrio eiusdem.

ETRUSCVS, sine aspiratione. libri veteres, lapides Capitolini, & alij; & nummus argenteus Andreae Laurentani, sic inscriptus, HER. ETRVSCILLA. AVG.

Roma, ad D. Casarij, prope Pontem Xystũ. In agro Senensi, in pila Aqua Benedictæ Vulsinij.

EVLOGIVM, non ELOGIVM, aut ECLOGIVM. libri veteres, & Græca consuetudo.

EXHODVS, cum aspiratione: quia componitur à Græco Οδὸς. nec aliter libri veteres.

EXSATIO, & EXSATVRO, recepta S, ratione cõpositionis, & veterũ librorũ auctoritate. Virgilius Carpensib lib.

„ *VII. in illo versu -at crede mea numina tandẽ Fessa*
 „ *iacẽt, odijs aut exsaturata quicui. Exsaturata, cũ xs, habet.*

- habet. Nec me mouent quidam, qui in x, c & litteras inesse dicunt, ideòq; s superfluum esse contendunt, nam in Extundo, Exhilaro, Exprimo, Exposco, & similibus, s littera non est necessaria: cum eorum verborum origo sit Tundo, Hilaro, Promo, Posco: & tamen, cum in x sit c & s, ut ijdem dicunt, s his que adscribimus: in ijs autē verbis, ubi ex compositione manifestū est, s litterā esse; x cōtēti esse debemus.
- EXSCRIBO, non EXCRIBO;** est enim manifestū compositio: & quamquam s in pronuntiando non satis intelligitur, abiicienda tamen in scribendo non videtur.
- EXSILIO, verbum, non EXILIO.** recepta prima verbi littera. nam componitur ab Ex, & Salio.
- EXSOLVO, cum s. ratione compositionis.** Virgilius Carpensis in xi. Paulatim exfoluit se corpore. & lapides. Rome, in Insula Tiberina, in basi.
- EXSPECTO, cum s. componitur enim ab Ex, & Specto, non Pecto, quod aliud significat.** sic libri veteri, Quintilianus, Velius Longus, & Terentius Scaurus Grammaticus, his verbis: Cum, Expectatus, Exul, sine s littera scribuntur; scribendi ratio corrupta est: cum alioqui adiecta ea debent scribi; quoniam similiter, Solum, Spectatusq; dicatur; & adiecta propositione, saluum esse illis initium debeat. Virgilius quoque Carpensis in illo versu, lib. i. Georg. Expectata leges vanis eludit aristis, Expectata cum xs, habet. Et alibi in eodem libro eodem modo scriptum animaduerti.
- EXSTO scribo, non EXTOTO, ratione compositionis, ab Ex, & sto.** libri vet. Virgilius Carpensis in vi. humeris exstantem suspicit altis. & lapides. Roma, in adi-

- in adibus Cecchinorum.
- EXSTRVO, cum s. ab Ex, & STRVO.** libri, & lapides. Rome, ad D. Petri Basilicam. Infra Præneste, in vinea quadam. Extruxit, tamen, sine s, legitur. Ocricoli, in Burgo. In horto Paganorum, sub Caserta. Neapoli.
- EXSVDO, cum s. Virgilius Carpensis, & Vaticanus.**
- EXSVLO, cum s. Scaurus, secutus, opinor, analogiam;** quia, Exsul, dicitur, quasi Ex solo eiectus. Isidorus quoque, lib. i. cap. 26. & Nonius Marcellinus, eum Exsulem, dicunt, qui Extra solum est.
- EXSVPERO, quia componitur ab Ex, & Supero; & s retinet antiqua scriptura.** libri veteres, & Virgilius Carpensis.
- EXSVRGO, non EXVRGO, & similia, scribo, conseruata prima verbi littera.** Scaurus etiam idem videtur sensisse. cum dixit, sic scribendum, Exspecto, Exsulo, & similia.

F.

- FABRICIVS, cum C. libri, Græca consuetudo, lapides Capitolini, & alij.** Venetys, apud Rinaldum Odonium, auunculum meum. Rome, in Ponte Transiberina insula.
- FABRVM, non, FABRORVM, probasse Cicero videtur.** Eius hæc sunt, in Oratore: Iam, ut Censoria Tabula loquuntur, Fabrūm, & Prociūm, audeo dicere, non Fabrorum, & Procorum.
- FACILLIMVS, & DIFFICILLIMVS, scribo, cum gemina LL, ut producatur syllaba, que alioqui breuis esset: in quo me mouent exempla Poetarum.** Alijs placet scribi

scribi unica I; cum quibus non disputo. suum enim quisque amat; & ut in Proverbio est, Sua cuique sponsa. Roma, in ede D. Prisca, in Auentino.

FÆSVLÆ, opidum Etrurie, cum Æ diphthongo: Graue consuetudo, & lapides Moguntiaci.

Viterbij verò exstat Decretum quoddam Desiderij Longobardorum Regis, Longobardicis litteris conscriptum: in quo Fesulanis, sine diphthongo, legitur.

FALISCI, populi, nō PHALISCI. libri veteres, & lapides Capitolini.

FÆX, cum Æ. libri veteres.

FANNIVS, duplici nō. familia Romana. libri veteres, & lapides Capitolini.

FECVNDVS, sine diphthongo. Varronis verba sunt ex lib. 3. de Latino sermone, apud Gellium lib. xvi. cap. 12.

„ & Nonium Marcell. Fenerator à Fenore est cognominatus. Fenus autem dictum à Fetu, & quasi

„ Fetura quadam pecunie parientis, atque incrementi.

„ & iccirco & M. Cato, & ceteri etatis eius, Fenoratores, sine a littera, pronunciarunt, sicuti, Fenu

„ ipse, & Fecunditas appellata. In Faustina minoris, & aliarum Augustarum denarijs, & assibus, FECVNDITAS, sine FECVND. AVGVSTÆ.

FELIX, sine diphthongo. libri veteres, lapides Capitolini, & alij; & tres nummi argentei Andreae Laurentani, vnusq. Matthæi Forerij, sic omnes inscripti,

FAVSTVS. FELIX & ærei viginti Rinaldi Odonij, quorum octo, ab vno latere, IMP. GORDIANVS. PIVS

FEL. AVG. ab altero verò, FELICITAS. TEMPORIS

Sex item eiusdem, ab vno latere, CÆSAR. AVG. P. DOMITIANVS. COS. II. ab altero FELICITAS. PV

BLICA. item sex, quorum primus ab vno latere, MAR

CIANA. AVG. ab altero FELICITAS. SÆCVLI. secundus ab vno latere, IVLIA. PIA. FEL. AVG. ab altero, FELICITAS. AVGVSTI. tertius, IMP. COMMODVS. ANT.

P. FEL. AVG. BRIT. quartus, IVLIA. MAMMÆA. VENERI. FELICI. quintus, VENVS. FELIX. sextus,

FAVSTINA. AVG. CRESCENTIVM. FELICITATI & nouē ærei Laurentij Massæ, primus ab vno latere, IMP.

CÆS. VESP. AVG. P. M. P. P. COS. VI. ab altero, FELICITAS. PVBLICA. S. C. Secundus, ab vno latere, IVLIA.

MAMMÆA. AVGVSTA. ab altero verò, FELICITAS. PVBLICA. Tertius, ab vno latere, HADRIANVS. AVGVSTVS. ab altero, FELICITATI. AVG. COS. III. T. P. Quartus ab vno latere, HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. ab altero, FELICITAS. AVG. Quintus, ab vno latere,

IMP. CÆS. NERVÆ. TRAIANO. AVG. GER. DAC. P. M. TR. POT. ab altero, FELICITAS. Sextus, ab vno latere,

IVLIA MAMMÆA. AVGVSTA. ab altero, VENERI. FELICI. Septimus, ab vno latere, HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. ab altero, FELICITAS. Octavus, ab vno latere,

IMP. CÆS. VESP. AVG. P. M. T. P. COS. ab altero, FELICITAS. PVBLICA. Nonus ab vno latere, IMP. GORDIANVS. PIVS. FEL. AVG. ab altero, IOVI. STATORI. Et octo mei ærei, tres ab vno latere, IVLIA. MAMMÆA. AVGVSTA. ab altero, FELICITAS. PVBLICA. quartus, quintus & sextus ab vno latere, IMP. GORDIANVS. PIVS. FEL. AVG. P. M. TR. P. III. & V. COS. II. & III. P. P. ab altero. VICTORIA. ÆTERNA. & PAX ÆTERNA. & P. M. TR. P. III. COS. III. P. P. Septimus, ab vno latere, IVLIA. MAMMÆA. AVGVSTA. ab altero, VENVS FELIX. Octavus, ab vno latere IMP. DIOCLETIANVS. AVG. ab altero, FELICITAS. AVG. Et tres Antonij Ritiardi, Asulani, amicissimi

cissimi mei, & eruditi hominis, omnes ab vno latere
 IMP. GORDIANVS. PIVS. FEL. AVG. *ab altero* ATER-
 NITAS. AVG. & IOVI. STATORI. & P. M. TRIB.
 P. IIII. COS. II. P. P. *Item duo, quos Io. Baptista*
Gauardus Asulanus mihi dono dedit, primus ab om-
latere, IMP. CÆS. AVG. P. M. TR. P. COS. VII. ab al-
tero, FELICITAS. PVBLICA. Alter, ab vno latere,
 IVLIA. MAMMÆA. AVGVSTA. *ab altero, FELICI-*
 TAS. PVBLICA. *Habeo & ipse nummum argenteum,*
quem abhinc quinquennium, præstanti humanitate,
singulariꝝ doctrina, præditus, Xystus Medices, mihi
dono dedit, in quo hæ littere leguntur, IMP. GORDIA-
 NVS. PIVS. FEL. AVG. *Est item alius argenteus, apud*
Antoniam Augustinum, Episcopum Hlerdensem,
his litteris, FEELIX. FAVSTVS E littera duplici. Quo-
modo in alijs, C. NVMONIVS VAALA se vidisse, et
status est mihi Fulvius Vrsinus meus, peveruditus ho-
mo, antiquitatisꝝ acerrimus indagator. In inscri-
ptione quoque antiqua Reate, HONOREEM legitur, &
Aletri, sub porticu D. Mariae, in tabula antiquiss-
 ma VAARVS, duplici AA, pro Varus. *Videndus &*
Politianus in Cent. siue Miscell. cur FEELIX, & SER-
 VEILLVS *scriptum fuerit à veteribus. Sic, FOVRIVS,*
 & OPEIMIVS, & MVS'A, *que omnia in denarijs le-*
guntur, qui sunt apud Antonium Augustinum.

Rome, ad D. Rufine, trans Tiberim. In adibus
Bruti Vallen. In adibus Mafaeiorum. Ad Co-
lumnæ Antonini, supra ostium cuiusdam domus.

Ad D. Marci. In adibus Cæsis. In Musæo
eiusdem Cardinalis. In hortis Fabianini Montij.

Via Flaminia, ad D. Andreae, prope Pontem
Mulvium. Ad Forum Iudaeorum. Ad D. Pe-

trij

trij in Monte aureo, trans Tiberim in pariete domus
cuiusdam. Infra Capitolium, ad D. Io. in Mercatello,
in pariete domus cuiusdam. Ad Forum
Mali aurei in pariete cuiusdam domus. In adibus
Euryali Rufini, ad Busta Gallica. In domo de Valle.

Ad D. Ceciliæ, trans Tiberim. Ad D. Io. Lateran.
In domo priuata, inter Fontem Trisij &
Quirin. Ad D. Mariae, in via, supra ostium
domus cuiusdam. Apud me. Ad D. Mariae in
porticu. Ad D. Clementis. In Porticu Tem-
ppli Iunonis. In adibus Sudorinorum, ad D. Rocchi.
In adibus Aurelij Matthæij, trans Tiberim.

In domo Io. Coritij, ad Forum Traiani. Ad D.
Angeli, in Foro Piscario. Ad D. Paulli. In ad-
ibus Francisci Lischæ. In vinea Io. Poggij, Episcopi
Tropien. Ad D. Mariae in Dominica, in Monte
Cælio. In sacello, via publica, inter D. Crucis in
Hierusalem, & D. Io. Later. Reate, in adib. Lau-
rentij Sonantij. Fabriani, in adib. Comitum Vbaldi
Mauentij. Bassiani. Fani, in columna qua-
dam. In Equicolis. Fulginei. Beneuenti, ad
D. Eustachij. Capua, ad D. Vincentij. Nola.

Puteolis. Salerni. Ibidem, in Cathedr. Eccle-
sia. Compsæ. In Arce Mondraconis. Præ-
nestæ. Labelli, Apuliae opidi. Extra Mirabellam.
Mediolani. Pisis. Venetijs, in Turri Sancti
Vitalis. Patavij, in adibus Alexandri Bassiani.

Verona. Pola, post altare S. Matth. extra
mœnia. Flerij, in ead. D. Zeni. In scopulo Car-
cyra Nigra, prope Cœnobium Sodalium Franciscan-
orum.

FEMINA, sine diphthongo, libri veteres, Virgilium
 D 3 Carpenfis,

*Carpensis, & lapides. Roma, vltra emissarium
Aque Virg. supra ostium quoddam. Ad D. Ste-
phani in Silice. Ad Pontem Cestium. Trans Ti-
berim, via publica, ad D. Andreae. Nuceria,
Neapoli. Brixia. Mutina. In agro Vi-
cetino, in monte Sarnano.*

FENVVS, & Fenerec, sine diphthongo, sic enim videtur
 „ *senfisse Festus, cum hac dixit: Fenus appellatur na-
 „ turalis terra Fetus: ob quam causam & nummorum
 „ fetus Fenus est vocatum, & de ea re Leges Fenebris,
 „ Fenus, & Feneratores, & lex de credita pecunia Fe-
 „ nebris, à Fetu dicta, quod crediti nummi alios pa-
 „ riant, vt apud Græcos eadem res Τόκος dicitur. Fe-
 „ num quoque pratorum ab hac causa est appellatum,
 „ quando id ipsum, manens quotannis, novum parit.
 „ Unde etiam Festuca vocata est, idem etiam tradit M.
 „ Varro l. 3. de Latino sermone, cuius verba supra reci-
 „ tauimus in verbo, FECVNDVS. Quamquam lib. vi.
 „ scribat, atate sua, ab alijs cum Æ, ab alijs sine A scribi
 „ solitum. Cleatius Verrius, in librorum quarto, qui
 „ inscripsit Verborum à Græcis tractorum, apud Gel.
 „ lib. xvi. cap. 12. Fenerator, inquit, appellatus est
 „ (ait Hypsicrates, grammaticus, cuius libri sane nobi-
 „ les sunt super ijs, quæ à Græcis accepta sunt) quasi
 „ φαινεστέρον, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι, ἐπὶ τῷ γενεστέρον: quoniam
 „ id genus hominum speciem ostendent humanitatis, &
 „ commodi esse videantur inopibus nummos desideran-
 „ tibus. Huius inconstantia signa sunt in antiquis &
 „ lapidibus, & libris, cum alijs, Fenus: alijs, Fenus,
 „ habeant. Roma, ad D. Laurentij in Lucina, in
 „ Columella. Anagnia quoque, ad D. Paulli, ex-
 „ stat antiquæ inscriptionis fragmentum, in quo*

cum

*cum œ legitur. An autem de Fenere, vel Fe-
neratoribus, ibi mentio sit, iudicium alijs relin-
quo.*

- FESCENNIVS, duplici NN. Virgilius Carpenfis. An.**
 „ *lib. vii. Hi Fescenninas acies, equosq. Faliscos &c.
 „ Quamuis Festus à fascino videatur deducere.*
- FETIALES, cum T. Græca consuetudo, libri, & lapi-
des.**
- FETVS, sine diphthongo. Varro, verbis supra recita-
tis, libri veteres, & Virgilius Carpenfis, & lapides
Romæ, infra Capitolium, supra cuiusdam domus
ostium.**
- FLAMEVS, color, vnica M. libri veteres. Festus etiam
vnica M videtur scripsisse, cum dixit; Flameum co-
lorem dictum esse, eo quod eo uteretur Flaminius vxor
Flaminica. Flamen autem vnica M, scribi, nemo
paullo humanior, nescit.**
- FLAMINIVS, non FLAMINIVS, vt in mul-
tis libris; Quinctiorum cognomen. lapides Capito-
lini.**
- FLAMINIVS, gentis Romanæ nomen, vnica M. lapides
Capitolini.**
- FLAMMA, duplici MM. libri veteres, Virgilius Car-
penfis, & lapides. Roma, in Museo Car-
penfi.**
- FOEDARE, pro, Inquinare, cum œ. libri vete-
res, Virgilius Carpenfis, & lapides. Roma ad Fa-
rum Traiani, ante edes fo. Coritij.**
- FOEDVS, cum œ libri veteres, Virgilius Carpenfis, &
lapides. Camerini. Roma, in Foro R.**
- D 4** In Basf-

In Basilica quoque Lateranensi cuiusdam Decreti fragmentum exstat, in quo FOEDVS, ceterum OE legitur, FRENANI non FERENTINI, legitur in libris veteribus ac in Ptolemao, & Strabone. *φρενταροι* enim apud eos legitur.

FRENV A, sine d. phthongo. libri veteres, & Virgilium Carpensis.

FRETVM, legitur in antiqua inscriptione Tegeani, in Calabria.

FVFCIVS, unica F. libri, & lapides. Roma, in edibus Cassaris Scapuicij, Canonici Lateran. Assisij, in Foro. Casena, in edib. clarissimi viri, Iuliani Fantagucij.

FVFDIVS, unica F. libri veteres, lapides Capitolini, & alij. Roma, ad D. Agidij. In edibus Attilij Delphinij. Pontis Curui, ad D. Angeli.

FVFIIVS Kalenus, legitur in argenteis nummis, non Fzsius.

G

GENITRIX non GENETRIX. non enim dicimus, GENETIVS, sed GENITVS. Præterea sic est in antiquis lapidibus. Roma, infra Capitolium, supra cuiusdam domus ostium. Galeate, in templo. Nummus tamen æreus, quem ipsi vidimus, Alexandri Toti, ab vno latere habet, FAVSTINÆ. AVG. PII. AVG. FIL. ab altero verò, VENERI GENETRICI. Et alius æreus Laurentij Massæ ab vno latere, LVCILLA. AVGVSTA. VENVS. GENETRIX. Et antiquus lapis, Roma in insula Tiberina, GENETRIX, habet.

GENVCIVS, cum C. familia Romana. libri, lapides Cap-

itolini

itolini, & alij. Roma, apud Rainutium Farnesium Card.

GENICIVS, Nuceria, ad D. Maria ad Montem.

GLÆBA, cum æ dipt hthongo, ex antiquissimis libris, & ex Virgilio Carpensis.

GOTHI, populi, cum Adspiratione. libri, & lapides Roma, ad Pontem Salarium, tertio ab Vrbe lapide.

H

HADRIANVS, & HADRIA, cum Adspiratione. Pontanus, libri veteres Latini, contra Græcos qui Adspirationem abijciunt; & nummus argenteus Alexandri Toti. in quo est, HADRIANVS. AVGVSTVS. & tredecim Andrea Lauretani. qui sic omnes habent, HADRIANVS. AVG. & duo argentei Rinaldi Odony, auunculi mei, itidem inscripti. quattuor eiusdem, HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. tres eiusdem, IMP. CÆSAR. TRAIAN. F. HADRIANVS. AVG. alter eiusdem, IMP. CÆSAR. HADRIANVS TRAIANVS. AVG. & septem ærei eiusdem, HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. & triginta tres eiusdem, IMP. CÆSAR. TRAIANVS. HADRIANVS. AVG. & duo eiusdem, SABINA. AVGVSTA. HADRIANI. AVG. F. & tres ærei Laurentij Massæ, ab vno latere omnes, HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. ab altero verò, primus, AFRICA. secundus, SPES. P. tertius, FORTVNA. AVG. Eiusdem tres, IMP. CÆSAR. TRAIANVS. AVG. PONT. MAX. TR. POT. COS. II. Eiusdem duo, HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. ab altero verò latere, PAX. AVG. Eiusdem duo, IMP. CÆSAR. TRAIAN. HADRIANVS. AVG. P. M. TR. POT. COS. III.

D 5

Eius-

Eiusdem duo, HADRIANVS. AVGVSTVS. P. P. *ab altero* verò latere, HILARITAS. AVG. *Eiusdem ab uno latere*, HADRIANVS. AVGVSTVS. *ab altero* verò, FELICITATI. AVG. COS. III. PP. *Eiusdem ab uno latere*, HADRIANVS. AVG. COS. III. PP. *ab altero*, FELICITAS. *Eiusdem, ab uno latere*, HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. *ab altero*, FORTVNÆ. *Eiusdem*, IMP. CÆS. T. ÆL. HADR. ANTONIVS. AVG. PIVS. PP. *Eiusdem*, HADRIANVS. AVGVSTVS. *à latere* verò, COS. III. *Eiusdem*, HADRIANVS AVG. COS. III. P. P. *Eiusdem*, FAVSTINA. AVGVSTA. HADRIANI. AVG. PII. *Eiusdem ab uno latere*, SABINA. AVGVSTA. HADRIANI. AVG. PII. *ab altero* verò, PIETAS AVG. *Eiusdem*, SABINA. AVGVSTA. HADRIANI. AVGVSTI. Et vnus *Antonij Ritiardi, Asulani, hominis eruditi*, HADRIANVS AVGVSTVS. & *mei, tres arei, primus ab uno latere*, IMP. CÆS. TRAIAN. HADRIANVS. AVG. *ab altero*, PONT. MAX. TR. POT. COS. III. S. C. *Secundus, ab vno latere*, HADRIANVS. AVG. COS. *ab altero*, S. C. *Tertius, in quo est*, IMP. TRAIANVS HADRIANVS. AVG. *Vidi & Rome apud veteramentarium quendam nummos areos Hadriani quadraginta sex, in quibus hoc nomen semper adspiratur. & lapides omnes. Rome, via Nomentana. In mole Hadriani. Ad edes Mariani Coccini, in Foro Traiano. Sub Portica Capitolina. In adibus Capranicorum. In domo Casia. In Vinea Carpenfi. Effoss. Rome, anno ∞ DLXII. dum ibi essem aduersus edes Marsilij Caphani: In adibus Mafaiorum. Tiferi, in Æmbria. Cyperani, quod opidulum è Fregellanorum reliquijs constructum est, in pariete hospitij cuiusdam publici*

blici, tab. marm. Formijs, via Appia. Perusy. Fundi extra Urbem, in Portica D. Francisci. Sueffe, inter Capuam, & Formias. Anagnia, in Cathedrali Ecclesia, in tabulis duabus marmorcis, quarum vni primus, alteri verò postremus versus deest. Auximi, in Piceno. Surrenti. Extra Murabellam. Pisis. Brixie. Tergeste. Tarracona, in Hispania. Ad Emeritam Augustam, Romanorum quondam nobilissimam Lusitania coloniam, à militibus emeritis, ab Aug. Cesare deductis, appellatam in via Militari, singula miliaria singulis columnis distincta sunt: in quibus Hadriani nomen legitur. Aquistana, in Lusitania, que nunc villa est satis nobilis, Chaues vulgo appellata, ad Sacellum Angeli custodis, in columna.

HÆDI, cum A. ex antiquissimis libris: Virgilio Carpenfi, & Vaticano, & Velio Longo in libello de Orthographia, & M. Varrone de Serm. Lat. lib. IV. ,, cuius hæc sunt: Hirtus, quod Sabini Fircus, & quod ,, illic Fedus, in Latino rure Hædus, quod in Urbe, ut in ,, multis, A addito, Hædus.

HALICARNASSVS, gemina ss. Græca consuetudo.

HANNIBAL, cum Adspiratione, ex libris antiquissimis Latinis: Græci enim, ut antea dixi, Adspirationem receperunt, lapides. Florentie.

HARIOLVVS, inquit Donatus in Terentium, quasi FARIOLVVS; à Fatis, & à Fando. H enim pro F, & item F pro H in multis locutionibus mutabantur. An ab halando? nam halitu solent excludere velut mortalem animam, ut diuinam recipiant. Hispani quoq. Fumum vulgari sermone appellant Humum, & Ferrum dicunt Hierro.

HARVSPEX, cum Adſpiratione. Donati verba ſunt in
 „ Terentij Phormionem act. 4. ſc. 4. Haruſpex ab
 „ Haruga nominatur. nam Haruga dicitur hoſtia, ab
 „ hara, in qua concluditur, & ſeruatur. Hara autem
 „ eſt, in qua pecora includuntur. Plantus Ruſticus,
 „ hircus, hara, Moſtellaria. Hac Donatus. Accedunt
 „ lapidum teſtimonia. Roma, ad D. Marci, in edi-
 „ bus Papij Capifuchij. In Aquicolis. Aquini.

HASTA, cum Adſpiratione. libri veteres, & lapides.

Roma, in edibus Atilij Delphini. Fulginei.

HAVE, cum Adſpiratione. libri, & lapides. Roma, in
 hortis D. Petri ad Vincula. In edibus Jo. Za-
 brere, ad Fontem Truij. In Muſeo Carpenſi.

Neapoli. Vulſinjs. Oſtia, ad Eccleſiam Ca-
 thed. Saffine, in Cathedrali Eccleſia. Patanz.

Salerni. Piſis. Roma, in edibus Marj
 Oddi. In hortis Iulij Tomarotij. Ibidem.

Alias quoque prætereo. nam ſunt Arimini plures,
 in quibus Have legitur, & Oſtie. Ave autem, ſine
 Adſpiratione, raro admodum ſcriptum animaduer-
 ti. Mediolani, in edibus Jo. Iacobi Trinuſtij.

HECATE, cum Adſpiratione. Græca conſuetudo & la-
 pides. Roma ad D. Petri.

HEHE, dolentis. libri veteres.

HELVO, cum Adſpiratione, & vnica L. Feſtus, hi
 „ verbis: Heluo, dictus eſt, immoderate bona ſua conſu-
 „ mens, ab Eluendo. Cui adſpiratur, ut auaritia magis
 „ exprobetur: ſit enim vox incitator.

HERACLEA, Senticæ non Senticæ, reperio ſcriptum apud
 Ptolemeum, Liniuum lib. XLII. & XLV. & Plin. lib.
 III. cap. X.

HERENNIVS, duplici NN. lapides Capitolini, & alij; &
 duo

duorummi argentei Andree Lauvetani; quorum vnus,
 HERENN. alter, HER. ETRVSCILLA. AVG. item a-
 lius Alexandri Toti, M. HERENNI. Roma, ad
 D. Paulli. Ad D. Saluatoris, trans Pontem,
 D. Maria. In domo Carpenſi. Firmi, in Pi-
 ceno. Nepete, in Cathedrali Eccleſia. Neapoli
 verò, cum Æ, Heren. legitur.

HERES, & HEREDITAS, ſine diphthongo. libri veteres,
 Feſtus, & lapides. Roma, in edibus Procuratorum.

Ibidem. In edibus Capranicorum. In edibus
 Alexandri Iuuenalis, ad D. Maria Ruſti-
 celle. Ad Forum Piſcarium, in edibus Angeli
 Velarini. In edibus Curtij Saccotij. In edi-
 bus Paulli Pinij, ad D. Mariæ Rotunde. Ad
 D. Paulli de Kegula. In edibus Zabrerorum.

Ante aedes Bubalorum. Ad D. Agnetis. Ibi-
 dem. In hortis Pabinianini Montij. Via Caſ-
 ſia, tertio ab Urbe lapide. Ad hortos Salluſtia-
 nos, in vinea quadam. Mutina. Præneſte.
 In oppido D. Germani. Neapoli. Salerni.
 Surrenti. Peruſij. Mediolani.

HIBERNVM, cum I. libri veteres, & lapides Caſini, in
 Baſilica D. Maria.

HIBERVS, cum Adſpiratione legitur in lapide Roma,
 in domo Caſia.

HIEMS, cum I. libri veteres, Virgilius Carpenſis, &
 Etymologia; deducitur enim ab Hiando, ut ait Var-
 ro: nam ἀπὸ τοῦ ἕϊν deduci non placet, ut quidam
 putant. præterea ſic habent antiqui lapides. Quidam,
 HIEMPS; ſcribunt, contra lapidum auctoritatem, &
 Terentij Scauri ſententiam. cuius hæc ſunt, ex libro de
 „ Orthographia: Hiems carere P littera debet. quia in
 verſi-

„ *versibus numquam*, nec *B* propinqua eius respon-
 „ *det: sine quarum altera nusquam in Latinis ea nomi-*
 „ *na declinantur, que per A Grecam vocem efferuntur,*
 „ *vt Princeps, Celebs; quia. Principis, & Celebis. scri-*
 „ *bitur. Roma in tabula aenea, apud Capranicos.*

HILARVS, cum *Adspiratione*. & *i. libri, & lapides.*

Roma, in Museo Carpenfi. Ad Agonem.

*Ad D. Agnetis. Ad D. Maria, cognomen-
 mento M. uoris, in Exquilis. In adibus Atilij
 Delphini. In adibus Populi Romani, ad D.
 Mariae in Via. In hortis Fabianini Mon-
 tij. Ibidem. Via Cassia. Extra Ostiam, in
 ripa Tiberis. Pontis carui. Reate. Ale-
 rri. Iuxta Cyperanem opidum. Fami. Trans
 Tiberim, ad D. Jo. de Malua. In Pulchro
 viridario summi Pontificis. Bergomi. In qui-
 busdam tamen inscriptionibus ILARVS, legitur.
 Rome iuxta ades Carpenfes. In opido Vicome-
 cato.*

HIRTIVS, cum *T. libri, Græca consuetudo, nummus
 aureus Caesaris dist. in quo, C. CÆS. COS. TER. A.
 HIRTIVS. PR. & lapides: contra eorum opinionem, qui
 deducant ab Hirco. Roma, in adib. Atilij Del-
 phini. Ferentini.*

HISTRIO, cum *Adspiratione. Festus, Græca consue-
 tudo, & lapides. Roma, in adibus Mafiorum.*

HOLVS, & **HOLERA**, cum *Adspiratione. ex Festo &
 Nonso, qui inter Adspirata connumerant, & ex
 antiqui Kalendarij Fragmento, quod est in adibus
 Capranicorum.*

HORTI, cum *Adspiratione. libri veteres, Virgilij
 Carpenfis, Georg. lib. IV. & lapides. Roma, in
 Muse*

*Museo Carpenfi. Ibidem. In adibus Atilij
 Delphini. Ad montem Iordanum, in taberna
 quadam. In hortis Sallustianis. Gratiani, opi-
 di Montis ferrati.*

HVMILLIMVS, gemina *LL*, vt syllaba producat; sicut
*in, Facillimus, Simillimus: de quibus suo loco. Nec
 aliter veteres scripsisse video.*

HYPÆVS, cum *Adspiratione. libri veteres, & nummus
 argenteus egregij viri, Io. Andreae Aueroldi, in
 quo est, HYPÆ. ÆD. CVR. C. HYPÆ.
 PREIV. & alius Aloysij Mondella, qui sic habet, P.
 HYPÆ. ÆD. CVR. & alius Alexandri Tori, sic in-
 scriptus, P. HYPÆVS ÆD. CVR. C. HYPÆVS.
 COS. PREIVE. CAPTV.*

I

IACETANI, non **LACETANI**, *populi. libri veteres, &
 Græca consuetudo. Strabo eum lib. III. & Ptole-
 meus nominat τὰς Ιακτανῆς. Emendandus & Linius,
 & Plinius.*

IAPVDES, *populi, & strie finitimi, non IAPIDES. Capitoli-
 ni triumphij, & Græca consuetudo.*

IDÆA, cum *Æ, scribo, epithetum Matris Magnæ Deum.
 lapides. Roma, in adibus Colotianis. Ad D.
 Martini, e regione Montium.*

IDEA, verò, sine diphthongo, cum est *id*, quod mente con-
 cipimus.

ICCIRCO, non **IDCIRCO**, scripserim libentius, quem-
 admodum & *Accedo, Accipio, Accommodo, Ac-
 cumulo, & similia: quo lenior pronuntiatio sit. contra
 tamen*

tamen in quibusdam lapidibus, & in inscriptione, F. rosempronij.

IGVVIVM, nō, INGVIVM, aut alio modo. antiqui lapidei Fulginei.

ILLIC, non ILLHIC. libri veteres, & Virgilius Carpenfis.

ILLVSTRIS, malo, quàm, IINLVSTRIS, vt Illectus, quàm, Inlectus; Illudo, quam, Inludo. cur enim non consularur auribus? Quarū esse iudicium superbissimum, dixit Cicero in Oratore. Vt omittam, Scaurum, veterem Grammaticum, idem censisse.

IMBER, sine Adspiratione. Festus, libri veteres, & Virgilius Carpenfis. Quamvis deducatur à πὸ τοῦ ὕμῃ Græcè, ὄμβρος dicitur.

IMMO, duplici MM. libri veteres, & Virgilius Carpenfis.

IMPERIOSSVS, gemina ss. lapides Capitolini.

INCESTVS, sine diphthongo; à Græco ἀνικεστος. Festus & Q. Papirius Grammaticus, qui deducunt ab In, & Castus; A, in E, mutata.

INCHOO, malim, quàm, INCOHO: in quo sequor Festum, cuius ego iudicium magnifacio, & Terentium Scaurum, qui à Chaos deducunt: postremo Seruium; cuius hæc sunt verba, lib. III. Georg. Apud Latinos nullum verbum est, quod ante O finalem habeat O, excepto Inchoo: quod tamen Maiores aliter scribebāt, Adspirationem interponentes duabus vocalibus, & dicebant, Inchoo. tria enim habebant Nomina, in quibus C litteram sequeretur Adspiratio, Sepulchrum, Orchus, Pulcher; è quibus Pulcher tantum hodie recipit Adspirationem. Quibus verbis, qua planissima sunt, mutatam scribendi consuetudinem significat; &

Inchoo, exclusum; Inchoo, receptum. Quod si quis morem maiorum imitari malit, & Inchoo, scribere; non, Inchoo: vtatur hac ratione. Quoties eadem vocales haberent, placuisse maioribus, eas disungi, interposita H; & dixisse, COHORS, quāvis deducatur à verbo, COORIRI; & MIHI, nō MII; NIHIL; nō NIIL; VEHemens, nō VEEMENS; REPREHENDO, nō REPREENDO. Quam tamen consuetudinem posterior sustulit consuetudo, vt Seruij verbis liquet. Pontanius, in libello de Adspiratione, & Georgius Valla, lib. XXXIII. Expetendorum & fugiendorum, INCOHO, scribunt: quibus trium antiquorum, quos nominavi, auctoritatem antepono. Cum hæc scripsissem, veterum quoque lapidum testimonio meam sententiam confirmari animaduerti. Romæ, in Museo Carpenfi. Venusia. Adde, quod Diomedes tradit, ex Iulio Modesto, & Verrio Flacco. is enim sic, lib. I. cap. 4. Inchoani ab Inchoo, sic dicendum putat Iulius Modestus, quia sit compositum à Chao, initio rerum. Quod Verrinus Flaccus in postrema syllaba adspirandum probavit. Cohæū enim apud veteres Mundū significat. inde subtractū, Inchoare. Tranquillus quoque, his assentiens, libello suo plenissimè Adem inchoatam disseruit. INCREBESCO, dixerim; & INCREBVIIT, in præterito; nō INCREBESCO; & INCREBVIIT, sequor enim similitudinē: quia nullum verbum huic similis est, quàm, Erubesco, quod facit, Erubuit, in præterito. vt enim à Ruber, fit Rubeo, Rubes; & à Rubes, addita Co, fit Rubesco: sic, à Creber deductum est inusitatum hodie verbum Crebes; unde factum est, Crebesco, & Increbesco. Non enim me mouent Nigresco, & Macresco. nam deducuntur à Nigreo; & Macreo:

cum Rubesco, à Rubeo; & Crebesco, à Crebeo. *Nemo autem negat dici, Erubesco, & Erubuit: nemini igitur dubium esse debet, quin similiter dicatur, Increbesco & Increbuit: cum, ut à Ryber, Rubeo, Rubesco; sic à Creber, Crebeo, Crebesco deducantur. malo enim comparationem facere inter simillima, & à simillimis deducta, cuiusmodi sunt hæc duo verba, derivata à nominibus desinencibus in Ber, quàm inter ea quæ paullo distant longius, qualia sunt, Nigreo, & Macreo. Nam, quod aiunt viri docti, ideo scribendum Increbesco, quod à nominibus ijs quorum parvus casus exit in Ri, ut, Integri, Sacri; fiat, Integrare, Sacrare: ostendi iam, sic excipi ab hac regula, Increbesco, ut excipitur Erubesco. Quod autem idem affirmant, Rubesco, unde sit Erubesco, non à Rubro, sed à Rubore formari, ut Palesco, à Palliore; Puteo, à Putore, Fæteo, à Fætoze; Candeo, à Candore; Calco, à Calore, non negaverim, à Putore, Fætoze, Candore, Calore, deducta hæc esse verba, Putco, Fæteo, Candeo; Calco; sed à Rubore derivatum Rubesco, & à Pallore, Palesco, non concesserim. quis enim nõ videt, Rubeo quidem à Rubore deductum; Rubesco tamen, à Rubeo, non à Rubore; eadèmq. ratione Crebeo, à Creber; & à Crebeo, Crebesco.*

INDUTIÆ, cum T, quasi Inductæ, scribendum puto. *Gellius etiam cum T scribendum existimavit. cuius hæc sunt verba, lib. I. cap. XXV. Ex multis quæ iam audivimus, vel legimus, probabilis id quod dicam, videtur. Indutius sic dictus arbitramur, quasi tu dicas, Inde uti iam. Pactum Indutiarium eiusmodi est, ut in diem certum non pugnetur, nihilq. incom-*

modi

modi detur; sed ex eo die postea, uti iam omnia belli iure agantur. Quod dicitur dies certus præfinitus, Etymq. fit, ut ante cum diem ne pugnetur, atque is dies ubi venit, inde uti iam pugnetur: iccirco ex ijs quibus dixi, vocibus, quasi per quendam coitum, & copulam, nomen Indutiarũ connexum est. Aurelius autem Opilius, in primo librorum quos Musarum inscripsit, Indutia, inquit, dicuntur, cum hostes inter sese, utrimque utroque, alteri ad alteros impune, & sine pugna, incunt. inde ab eo, inquit, nomen esse factũ videtur, quasi Inuitæ, hoc est, Initus, atq. Introitus.

INFITIOR, cum T. libri veteres. Festus quoque Infitiari dictum putat, quasi Creditum fraudare. *Qua definitione videtur Infitior deducere ab Infiteor.*

IN PRIMIS malo, quàm IMPRIMIS; aut aliter: ut differat à secunda persona verbi Imprimò: cum N ante P in M mutetur.

INTERNUNDINIUM, non INTERNUNDIVM, *Victorinus Afer Grammaticus scribendũ præcipit: cuius hæc sunt verba: Internundinium scribendum. ut enim Interlunium, & Trinocetium; ita Internundinium, quod novem dies inter se continuos habeat, non quod nono die sit.*

IRRITARE, RR geminata: quod verbum, ait Donatus, à canibus esse deductum, qui, restrictis dentibus, R litterã imitantur. libri veteres, & Virgilius Carpeſis.

ISTIC, nõ ISTHIC. libri veteres, & Virgilius Carpenſis.

ITIVS, portus, de quo Casar, & Strabo lib. IV. non Iccius. libri veteres.

IV, pro IIII. plerique veteres scribebant: quos imitarer, assentientibus lapidibus. *Roma, in Obelisco Campi Martij.*

IUCVNDVS, non IOCVNDVS. pluris enim apud me est Ciceronis auctoritas, quam omnes & lapides & Grammatici, si qui sunt, qui aliter sentiant. Quamvis potest & a fœco deduci. Is igitur sic, libro 2. de Finibus:
 „ Hanc iucunditatem transfer in animum. Inuare enim in utroque dicitur, ex cog. Iucundum Nec desunt tamen veteres lapides, in quibus, IUCVNDVS, scriptum sit. Rome, in Museo Carpenſi. Ibidem. Ibidem. Ibidem. In eiusdem hortis. In adibus Atilij Delphini. Ad Forum Iudaorum. Ad eadem Trinitatis, ad Pontem Xystum. Ad D. Rocchi, in adibus Sadorinorum. In adibus Hier. Spannocij, ad Aculeam S. Matthi. Neapoli. Neapoli tamen in lapide, IOCVNDVS, cum o scriptum est.

IUPPITER, duplici pp. scribo ex antiquis libris. Præterea, sic esse in veteribus aureis, argenteis, æreisq. numis, affirmavit mihi eruditissimus homo, mihiq. coniunctissimus, Fuluius Ursinus: Sic etiam habet antiqua inscriptio, quæ hodièq. Patavij visitur, in pariete unius portæ eorum murorum, qui vetustiore civitatis partem introrsus circumveunt; prope Pontem D. Benedicti. Eam portam cum Io. BAPTISTA RHAMNVSIVS, Venetæ Reip. X. Virum Consilij à secretis, vir doctissimus, æreis Andreæ Naugerij & Hieronymi Fracastorij, virorum illustrium, imaginibus, privato sumptu, publicè superioribus annis exornaret, ut erat elegantis ingenij, & totius antiquitatis admirator egregius, addita per antiqua Aræ dedicatione, ex ruinis Salone, urbis Delmatie, iamdiu eruta, ad studiosa posteritatis solatium, luculenter instauravit. cum enim Rhamnusius penes se per multos annos Patavij in suis

suis hortis continuisset mutilum lapidem, Salone inventum, ab amicis ex Illyrio sibi iam pridem dono missum, (habuit enim is domum Patavij, ad D. Petri, in Vico Patriarchæ, elegantioribus picturis, & pulcherrimis antiquorum monumentis excultam, in qua sæpe Venetis, tanquam ex assiduis curarum fluctibus in portum, post publica X. virum munera, relaxandi animi gratia, cum amicis, & iucundioribus sodalibus, serocipebat) & forte fortuna in integram postmodum effracti lapidis lectionem, amicorum ope, per vetusto quodam codice adiutus, incidisset, ratus se gratum Antiquitatis studiosis facturum, si eiusmodi pulcherrimam formulam dicende Aræ in publicum proferret, non multis ante annis quam vita excederet, scalpri affabrè non parvo sumptu nova marmorea in tabula, quæ antiquo lapidi decant, notis, & utroque ad amissim compacto, veterem nobis in inscriptionem iniuria temporum collapsam, ingenuo labore eleganter restituit. Rome quoque effossa fuit superioribus annis vetus inscriptio, in Monte Cælio, ad D. Mariæ in Dominica, in qua IVP, in sine lineæ; TER, verò, in principio alterius, est. fractus etenim lapis. Nunc est in adib. Hieronymi Alterij, ad D. Marci.

IURISCONSULTVS, reperio in antiquis lapidibus, non IURECONSULTVS. plerisque tamen placet IURECONSULTVS. Rome, ad Theatrum Marcelli.

IURISDICTIO quid sit, ipsa compositio declarat. nam quod Jurisconsulti quidam recentiores, Latine expertes elegantie, distinguunt Iurisdictio, & Jurisditio; ineptè faciunt: cum Iurisditio inusitatum apud veteres verbum sit.

IUVENTIVS, familia Romana. lapides Capitolini, & alij.

Roma in adibus Sudorinorū, ad D. Rocchi. Ad D. Jo. Lateran. Venetijs, apud Grimanum Patriarchā, Colognola, in Agro Veronens. Brixia. Ibidem, in Templo omnium Sanctorum.

K

KÆSO, cum K. ex lapidibus Capitolinis, & alijs. Et cum diphthongo. Prænomen fuit Fabiorum, Quinctiorum, Auliorum, & Amiliorum.

KALENDÆ, cum K. libri veteres, & lapides Capitolini, & alijs: præterea Sernius Honoratus, Diomedes lib. 2. cap. 1. Terentius Scaurus, & Victorinus Afer.

Roma, in hortis Carpensibus. Ibidem. Ibidem. In domo Casia. In hortis Colotianis. In domo Episcopi Ferratini. In adibus Atilij Delphinij. Ibidem. In adibus Capranicorum.

In adibus Benzoniolorum, ad D. Marci. In adibus Io. Coritij, ad Forum Traiani. In Capitolio, in adibus Conservatorum. Ibidem. Ad Arcum Gallieni, in eade D. Viti. In adibus Hieronymi Picij. Extra portam Flumentanam, in vinea Hier. de Cenlis. Via Ardeatina.

Interamna. Prope Charticetum, Fani opidum.

Neapoli, ad D. Mariæ Maioris, in adibus Porriani. Mediolani, è regione Ædis D. Petri in Lutro. In opido D. Germani, ad Cathedralém Ecclesiã.

L A

L

LACRYMÆ, sine Adspiratione, & cum Y: vt à Græco Δάκρυον deducatur. quod etiam libri veteres, & lapides confirmant; in quibus est, Lacruma, v pro Y vsurpata. vt in Sulla, pro Sylla. Prisci tamen Romani, Lacrumæ, cum Adspiratione, dicebant, vt ait Gellius, lib. 2. cap. 3. & Cicero in Oratore. Roma, in hortis Carpensibus. Ad portam Appiam. In Insula Tiberina. Romæ, extra portam Flaminiam, in vinea quadam. In domo Casia. Mediolani, in templo D. Augustini. In duobus tamen maximè veteribus libris, Cypriano & Virgilio Carpensibus, Lacrimas, cum I, scriptum animaduerti: sicut & in quibusdam lapidibus. ex quoliquet, in ijs verbis quæ à Græco deducerentur, certam non fuisse scribendirationem: cum alij pro Y, scriberent v; alij I. In alio quoque lapide, LACHRIM. scriptum notauit. Roma, in adibus Atilij Delphinij.

LÆCA, cum Æ, Porcia gentis cognomen. libri veteres, & nummus argenteus Antonij Augustini, viri doctissimi, Episcopi Herdensis, in quo est, M. PORCIUS LÆCA. & alius ornatissimi, & eruditissimi viri, patricij Veneti, Francisci Molinij itidem inscriptus.

LÆLIUS, familia Romana, cum Æ diphthongo. lapides Capitolini, & alijs. Roma, in adib. Euryali Rufini, ad Buxta Gallica.

LÆNA, cum Æ, genus vestimenti. Festus, qui deducit à Græco χλαῖνᾰ: & libri veteres.

LÆNAS, cum Æ, Popilliorum cognomen. (Cui Popillius Lænas dictus sit, vide Cic. in Bruto.) lapides Capitolini, & alijs. Roma in adibus Alexandri Rufini.

- LÆTORIVS, cum Æ, familia Romana. libri veteres. Eij
& Pletorius, alia familia.
- LÆVA, cum Æ. Fæstus, & lapides: contra Nonij sententiam, qui derivat à Lenando. Roma, in edibus Arberinorum.
- LÆVINVS, cum Æ, cognomen Valeria gentis. libri veteres, & lapides. Assij, in foro.
- LAPICIDINA, malim scribere, quam LAPIDICINA; cum à Cadendis lapidibus dicatur, ut ait Varro, de Serm. Lat. lib. VII. libri veteres, & lapides. Roma, ante Sacrarium D. Paulli.
- LARISA, vnica s. libri veteres, & Græca consuetudo. & nummus argenteus, in quo, ΛΑΡΙΣΑΙΩΝ.
- LATERNA, scriberem; non, ut quibusdam placeat Antiquitatem nimis consecratis, Lanterna Poeta.
- LEÆNA, cum Æ diphthongo; à Græco Λεαυα.
- LEMANNVS lacus, duplici NN. libri veteres.
- LETVM, sine diphthongo, & sine Adspiratione. place enim Prisciani sententia, qui deducit à Leo Les, quo veteres utebantur pro Deleo, quod omnia mors delcat. Appuleius quidam Grammaticus deducit à Luo, ideòq. scribi vult cum Æ diphthongo: quod mihi non persuadet. Varro, & Fæstus, à Græco Λιδν derivatum putant. quod si ita est, cum adspiratione scribi debuit, quam in antiquissimis libris nondum vidit, ideòq. Prisciani opinionem libenter sequor, assentientibus & antiquis lapidibus. Roma, in edibus Atily Delphinij.
- LICINIVS, non LICINNIVS. libri, & lapides. Roma, ad D. Cecilia, trans Tiberim. Ibidem. Ad forum mali aurei. In edib. Atily Delphinij. Ad D. Saluatoris, in Lauro. In Capitolio.

- Via publica, inter D. Maria Maioris, & D. Crucis in Hierusalem. Brixia.
- LIGVLA, à doctis scribitur; LINGVLA, à Grammaticis. Martialis lib. vlt.
- „ Quamvis me Ligulam dicant equitesq. Patresq.
- „ Dicor ab indoctis Lingula Grammaticis.
- „ Fæstus, Lingulam per deminutionem Linguae, dictā putat. Sospater Carisus, lib. I. Ligulam usu frequentari, scribit.
- LIGVRRIO, duplici RR. libri veteres.
- LIGVS, non LIGVR, cognomen Alia gentis. lapides Capitolini.
- LIMETANVS, non LIMITANVS, cognomen Mamili, legitur in vetere nummo Alexandri Toti, C. MAMIL.
- LIME. N.
- LISSVM, non LYSSVM. libri veteres, & Strabo lib. VII.
- LITTERÆ, duplici TT. libri veteres, & Pandectæ Florentini, & lapides. Præneste.
- LITVS, vnica T, Pierius ait scribendum ex antiquis libris, & ex Analogia; cum deducatur à Lido; siue, Lino: & ex lapidibus. Sic etiam scriptum est in Virgilio Carpeni. Roma, in domo Casia. Præneste.
- LVCCEIVS, duplici CC. libri, & lapides. Roma. Casini. Luceria. Arretij quoq. sunt lapides, in quibus Lucceius, duplici CC, scriptum est: ut quidam notarunt.
- LVCILIVS, vnica I. libri veteres, & lapides. Roma in edibus Capranicorum. Ibidem. In viridario ornatissimi viri, Paulli Bubali. In hortis Carpensibus. In edibus Domitij Cauallerij. Ad D. Ioannis, ante Portam Latinam. Viperni, in Latio, in Sacello quodam. Neapoli. Recaneti, in Piceno. Patavij. Parma, in Ecclesia quadam.

LVRGAVONENSES, non **ILLVRGAVONENSES** scriptum est in vet. lib. apud Cas. lib. 1. de bello civ. & apud Liv. Populi, proximi flumini Ibero, inquit Casar. **LVSCIVS**, non **LVSCINIUS**, Fabriciorum cognomen, ex Plinio, lib. xi. cap. 37. & ex Fastis Capitolinis. **LVTATIVS**; non **LVCTATIVS**, aut **LVTITIVS**; familia Romana. lapides Capitolini & duo nummi argentei, *Andree Lauretani*, & *Alexandri Toti*, sic inscripti, L. LVTAT.

M

M, vel **M̄**; vel **M̄**; vel **M̄**; pro *Manius* veteres scribebant. Prænomen est, a *Manc* deductū, ut a *Luce*, *Lucius*: quo vsi sunt *Valerij*, *Curij*, *Æmilij*, *Acilij*, *Aquillij*, *Otacilij*, *Pomponij*, *Iuuentij*, *Manilij*. Nummi duo argentei, *Andree Lauretani*, & *Rinaldi Odony*, in quibus est, **M̄**. **ACILIVS**. III VIR. VALETY. itē duo, *Odony* & *Molinij*, sic inscripti, **M̄**. **GORDIVS**. Et in alio argenteo *Alexandri Toti*, **M̄**. **FONTEI**. Et in alio eiusdem **M̄**. **AQVIL**. Et in alio eiusdem, **M̄**. **FONTEI**. TR. Vide & P. *Consentium*. **M̄**. Roma, ad *D. Petri*. Ad *D. Catharina de Senis*, in via *Italia*. In edib. *Populi R.* ad *D. Marie* in via *Allifis*. *Dentecani*, in *Apulia*. Roma in edib. *Cecchinorum*. **M̄**. *Venetys*, ad *D. Iustina*, in ad. *Delphinia*, quæ ad Orientem edi accubat, *Basilij marmorea*. **M̄**. Roma, ad *D. Eustachij*. In aenea tabula reperit. Roma. In edib. *Atily Delphinij*, Præneste, in summo Templo. **M̄**. Roma, ad *D. Io. Lateran.* in hospitio publico. **MÆCENAS**, *Cilliniorum* cognomen, cum Æ in prima syllaba. Græca consuetudo, & lapides. Roma, in hor-

is Colotianis. In edibus *Atily Delphinij*. In domo *Hadriani Fusconij*, *Episcopi Aquinatis*. **MÆCIVS**, cum c. libri, & lapides. Neapoli. Ibidem. Ibidem, ad *D. Paulli*. In edib. *Sudorinorum*, ad *D. Rocchi*. In aenea tabula reperit. Roma in *Quirinali Lanuvij*, in Templo. *Tibure*, in pariete hospitij publici, ad Forum. Verone, ad *D. Clementis*. **MÆNIVS**, cum Æ diphthongo. libri veteres, & lapides Capitolini. **MÆREO**, *Tristor*, cum Æ, deducitur enim à *Marceo*, teste *Varrone*. quod antiquissimi libri, & lapides confirmant. Roma in domo *Cælia*, ara marmorea eleganti. In opido *Fabrica*, pro foribus adicula *D. Ioannis*; ex *Pierio*. *Pisauri*, in edib. *Marini Gorij*, *Epidaur*. **MÆSIVS**, cum Æ, libri veteres, & lapides. Foro *Sempronij*. *Brixia*, in ad. *Carrolli*. *Advocat*. *Suessæ*. **MAGALIA**, & **MAPALIA**, scribi potest. *Servius* in *Virg.* „ *En. lib. IV. his verbis: Magalia & Mapalia, idē si-* „ *gnificat. Sed Magalia, Ma* producit; *Mapalia verō* „ *corripit: ut, - & raris habitata Mapalia tectis. Fe-* „ *stus Pompeius Mapalia nominat. Magar autem* „ *lingua Punicæ villam significat.* **MALLEOLVS**, gemina LL, cognomen *Publiciorum*. lapides Capitolini. **MALLIVS**, reperio in antiquis lapidib. *Via Flaminia*. **MAMILIVS**, familia Romana. libri veteres, & nummus *Alexandri Toti*, in quo est, c. **MAMILLIMI** Æ N. **MANILIVS**, familia Romana. lapides Capitolini. **MANLIVS**. lapides Capitolini, & alij. *Firmi*, in *Piceno*. **MARCIVS**, non **MARTIVS**, familia Romana. lapides Capitolini, & alij; & duo nummi argentei *Andree Lauretani*, sic inscripti, **MARCIA**. **OTACIL**.

CIL. SEVERA. AVG. & alius Alexandri Toti, quo est, Q. MARC. LIBO. itē alius eiusdem Q. & alter ereus Rinaldi Odonij, qui sic habet, ab altero latere, MARCIANA. AVGVSTA. ab altero vero LICITAS SÆCVLI. & alius ereus Laurentij Martij, ab uno latere, MARCIA. OTACIL. SEVERA. AVG. ab altero vero CONCORDIA AVG. &, Marcus vate in antiquis libris semper cum c. Nam, quod Cicero in Oratione pro Balbo scripsit, Veterem illam speciem fœderis Martiani semper omni sanctiorem Manduxerunt: in eo ad pronuntiandi potius quam ad scribendi, consuetudinem spectant: cum inter Marcus num, & Martem sit alitudo quedam sit, & quasi Marte Marcianum deductam esse videatur: cum vera, à Marcus, Marcus derivatum sit; ut à Quinto, Quinctius; à Tito, Titius; à Manio, Manilius: alia nomina non pauca, à Pronominibus deducta. Roma, in hortis Fabianini Montij. Ad D. Io. Laterani. In adib. Horatij Fusci. Tran. Tiberim, ad D. Salvatoris. In Foro Piscario a domo Laurentij Velleij. Ad D. Maria in via, apud Octavianum Pantagathum. In viridario Paulli Bubali. In adib. Zabrerorum, ad Fontem Triunij. Ad Montem Citatorum, tabella Teburtina, parieti affixa domus cuiusdam. Ad vicidices Quirinalis, in domo quadam. In hortis Carpens. Ad DD. Cosma, & Damiani, prope Cloacam D. Lucie. Ad Agonem, in adibus Cardinalis Sava ceni. Ad D. Maria, de Consolatione. Ad Tabernas obscuras. Stimliani, quod opidum est in Sabinis, ad Tiberim. Venusie. Neapoli, in adibus Hadriani Gulielmij. Casini. Inter Capuanam,

puam, & Minturn. Extra Mirabellam. Ibidem. In Apulia. Aquini, ad Cathedr. Eccles. Auximi. Cassiliani, tertio à Tuderto lapide. In agro Veronen.

MARTIALIS, à Marte, cum T, scribo, ex antiquis lapidibus. Roma, in Mole Hadriani. Prope Mausoleum Augusti, parieti affix. cuiusdam domus, via publ.

MASSANISA, non MASINISSA, Numidia Rex: Græca consuetudo.

MATHO, non MATO, Pomponiorum Cognomen. lapides Capitolini. Vide & Cic. in Oratore & Polybium.

MAVRETIANIA, non MAVRITANIA. libri veteres. nummus ereus Græcus, his litteris, MAYPETANIA. & lapides. Roma, ad D. Stephani in Cælio monte, Ad Agrippinam.

MAXIMILLIANVS, duplici LL, est in antiquo lapide. Extra Mirabellam.

MEMMIVS, duplici MM. libri, & lapides, & nummi argentei duo Andreae Lauretani, quorum alter, c. MEMMIVS. IMP. alter vero, c. MEMMIVS. C. F. QVIRINVS. MEMMIVS. ÆD. CERIALIA. PREIMVS. FECIT. & duo alij Aloysij Mondelle, in quibus est, L. MEMMIVS. GAL. item duo, Matthæi Forery, & Ioannis Mariae Sculptoris, itidem inscripti. Roma, in hortis Carpens. Ad D. Blasij de Fossis. In Foro Romano, ad D. Hadriani. Ad D. Paulli.

MESCINIVS, cum SC, scribo, ex antiquis libris, & ex nummis duobus Antonij Augustini, Augusti Cesaris, in quorum uno ex aduerso, Marti statua, his litteris, in basi. S. P. Q. R. V. PR. RE. CÆS. & in circulo,

culo, L. MESCINIVS. RVFVS. In altero, columnis litteris: IMP. CÆS. AVG. LVD. SÆC. & XV. S. & in arculo, L. MESCINIVS... VIR. deest autem RVFVS. III.

MESSALLA, gemina LL, cognomen Valeriorum à Mafana urbe capta. Macrobius, lib. I. Saturn. lapide Capitolini, & alij. Neapoli, in ad. Hadriani Guelmij.

METIVS, vnica T. Ex Horatii libro de Arte Poëtica & lapidibus. Preneste. METTIVS autem dupliciter ex nummo argenteo Rinaldi Odonij, sic inscripto, METTIVS. de quo mentio apud Caf. lib. I. de bello, sed mendose. perperam enim legitur M. Titius, & Mettius. item ex alijs Rainutij Farnesij Cardinalis itidem inscriptis, & ex antiquis lapidibus. Roma ad D. Ceciliæ, trans Tiberim. Apud Hambleum Carum. Caietæ. Dentecani, in Apulia Satrij, in maximo Templo.

MINATIA, familia. lapides. In Sabinis, prope Bsentium, in loco qui dicitur Tre Cannelle. Nominat & Uelleius Minatij Magium, at animum suum

MINVICVS, cum C. familia Romana. libri, lapides Capitolini, & alij. Suffragatur & Græca consuetudine nummusq; argenteus Aloysij Mondelle, sic inscriptus, MINVICI. C. F. ARGVRINI. Roma, apud Escopum Ferratinum. In adibus Capranicorum In adibus Atilij Delphinij. In domo priuata, inter fontem Triuij, & Quirin. In hortis Fabianis Montij. Perusij. Aletri, ad D. Januam Patavij, apud Alexandrum Bassianum.

MINICIVS, reperio quoq; in antiquis lapidibus. Buxia, in Foro. Tibure, ad D. Vincentij.

MISTVS, non MIXTVS, à themate Misceo, Miscui, Mistum. ex Prisciano. In veteribus tamen libris, Virgilio Carpenfi, & antiquis lapidibus, MIXTVS, cum X, legitur. Roma extra portam Flaminiam, in vinea quadam.

MOECHOR, cum OE. libri, & Græca consuetudo.

MOENIA, cum OE. unde Murus dicitur, OE in V conuersa: quemadmodum & Cœrare, pro Curare. antiqui lapides & Virgilius Carpenfis. Allifis.

MOESIA, prouincia, cum OE: lapides. Eadem cum Musia, siue Mysia. Roma, ad Tabernas obscuras. In domo Cassia. In adib. Atilij Delphinij. Tiburre, ad D. Vincentij. Prope Tiberim, ad pontem Lucanum. Firmi in Piceno. In adibus tamen Colotianis est antiqua inscriptio, in qua, MÆSIA, cum Æ, legitur.

MONTVOSVS, scriptum video in antiquis libris. Montosus tamen Virgilius dixit libro V. An. Et te, montose, misere in prælia, Mirse.

MONVMENTVM, non MONIMENTVM, ut Documentum, Nocumentum, Emolumentum. libri, & lapides: & si in quibusdam lapidibus aliter legatur. Roma, in domo Hadriani Fusconij, Episcopi Aquinatis. Ad Forum Traiani, in pariete domus. Ad D. Ceciliæ, trans Tiberim. In hortis Carpenfis. Trans Tiberim, in pariete domus. Ibidem. Tuderiti. Reate. Sepini, in Samnio. Extra Ascliniũ. Canusij. Verona. Bouarni, in agro Brixiano. Vide Munim. Roma, ad D. Paulli. Vide Monim. Roma, in hortis Carpenfis. Ibidem. In hortulo Mattheiorũ, trās Tiberim. In adib. Atilij Delphinij. In ad. Massaiorũ. In ad. DD. Quatuor Coronatorũ.

Ad

Ad D. Paulli. In Vaticano, ad vineam quandam
 MVCIVS, non MVTIVS. lapides Capitolini, & alij Græ-
 cæq. consuetudo, & nummus argenteus Fulvii Ur-
 ni, in quo est, Q. MVCIVS. Q. F. SCÆVVL. Re-
 me, in edibus Porcariorum. Apud Episcopum
 Ferratinum. Infra hortos Sallustianos, in vi-
 nea. Ad D. Sebastiani, in via Appia. Reat.
 MVLTa, an MVLTCTA, scribendum sit, si Etymologia
 sequimur, obscurum: cum, ut ait Gellius, Sabina
 verbum sit. Ego assentior doctissimis viris, qui, Mu-
 ta, libentius, quam, MVlcta, scribunt: cum quib.
 consentiunt libri veteres, & lapides. Firmi, in Ag-
 Piceno.
 MVMMIVS, familia Romana, gemina MM. lapides Ca-
 pitolini, & alij. Rome, iuxta ades Carpenfes.
 MVNATIVS, cum T. familia Romana. libri, & lapides
 Capitolini, & alij. Rome, via Cassia, in vico
 quadam. Trans Tib. ad D. Bartholomei. Ce-
 perni, in Latio, in Sacello quodam. Firmi, in Ag-
 Piceno. Prope Caietam, in templo rotundo.
 MVRENA, sine diphthongo, Cognomen Liciniae gemi-
 libri veteres, & lapides Capitolini: quamquam obli-
 Græca consuetudo. Græci enim Μῦραινα.

N

NÆ, pro, Certè, quidam sine diphthongo scribunt ex
 terum librorum auctoritate (ut dicunt,) & ex Di-
 nato, in Andria Prologum. quod non probo. Sospit-
 enim, lib. 2. Næ dictam existimat, quo modo apud
 Græcos Ναι: itaque cum diphthongo scribendum
 Præterea Donati locus nō ita mihi perspicuus videtur

ut ex eo, quod ipsi dicunt, elici posse videatur. De ve-
 terum verò librorum auctoritate, ipsi viderint.
 NÆVIVS, cum Æ. libri & lapides. Soræ. Cyperani,
 in Templo. Pisauri, non procul à Curia Ducis.
 Extra Mirabellam, opidum, oclazo à Benevento
 lapide. Mutinæ. In quibusdam tamen lapi-
 dibus simplici Æ, Nævius scriptum est. Rome, apud
 Atilium Delphinium. In ciuitate Portuensis.
 Martialis lib. 1.
 Nævius, sex cyathis; septem, Justina bibatur,
 Quinque, Lycas; Lyda, quattuor; Ida, tribus.
 NAVTIVS, cum T, familia Romana. lapides Ca-
 pitolini.
 NEDVM, separatim scribo; quia sicut, Non multa, Non
 nulli, & Non nihil, separatim scribimus; sic reliquæ
 videntur scribenda, Non numquam, Nihil dum,
 Non dum, Nec dum, Næ dum.
 NEFAS, & similia, cum F. lapides. Rome, ad Pon-
 tem Salarium, tertio ab Urbe lapide. Lanuvij, in
 ade sacra.
 NEGLIGO, placet; non, ut in antiquis plerisq. & lapidi-
 bus, & libris, Neglego; aut, Neclego. Dicimus enim,
 Colligo, Deligo, & similia. Quamvis aliter legatur in
 antiqua inscriptione. Rome, sub Porticu Capi-
 tolinæ.
 NEGOTIVM, cum T. Componitur enim ab Otium. libri,
 & lapides. Rome, in Arcu Septimij Scueri, in Fo-
 ro Boario. Ad D. Petri Basilicam. Ad D.
 Petri in domo Hortensij Palini. Ad Agonem, in
 adibus Cardinalis Sarraceni. Ad Theatrum Pom-
 peij. In insula Tiberina, in pariete cuiusdam do-
 mus. Interamna, ad maximū Templi. Mediolani.

NIMIOPERE, aduerbium, et si duobus ex verbis videtur compositum, non tamen sciungenda sunt: sed eadem ratio seruanda, qua in Magnopere, Maximopere. Itaque libentius dixerim, Nimiopere, quam Nimio opere.

NON DVM, disunctim scriberem, quod significare videtur Cicero in Proœmio librorum De inuentione, h. verbis: Non dum diuine religionis, non humani sicut ratio colebatur. In antiquis tamen lapidibus coniunctim legitur. Rome, in domo Cesia. In hortis Carpens. In edib. Arlij Delphinij.

NORBANVS, non NORBANIVS, familia non videtur cum familiis in Ius terminasse, satis constat.

NVMICIVS, lapides. Rome in hortis Carpens.

NVMMVVS, duplici MM. libri veteres, & lapides, & Prologus Plautinae fabulae Trinummus, contra veterum aliquot libros. Rome, ad D. Mariae de Consolatione. In ed. Curtij Saccotij. Ad D. Paulli.

Contra tamen in sequentibus. In domo Atriorum. Ad Agonem.

NVMQVAM, ex antiquis monumentis, non NVNQVAM Sic & Quamquam, Vtrumque, & similia. Vnde, Vtramque, Neapoli, in edib. Hadriani Gulielmij. Quamquam, Ad Lirim amnem. Quamquam, Neapoli, in edib. Hadriani Gulielmij. Quocumque, Rome in Museo Carpensij. Quotiesquomque, Rome ad Theatrum Marcelli. Namque, Rome, in hortis Carpens. Quantulacumque, Rome in domo Cesia. Vtrorumque, Rome, in hortulo Matthæorum trans Tiberim. Contra tamen, Nunquam, Rome, in edib. Cecchinorum. Tancquam, in edib. Massæiorum, è Caritib. allat.

NVM

NVNCIVS, cum c. lapides. Salerni, Ad D. Angeli. In Virgilio tamen Carpensij, cum T legitur, & in Regionum Fragmento sub Porticu Capitolina.

O

OBSCENVS, sine diphthongo, deducitur enim à Scena, quam Græci Σκηνή: quasi contrarium Scena, quod in Scena, multis presentibus, pronuntiare non liceat. male enim Priscianus deriuat ab Obs & Cano.

ONVS, sine Adspiratione. libri veteres: quamquam nonnulli libri, Honus, cum H: & Varro dictum putat, Honos, ab Honesto Honere, & Honestus, quia Honeratus. Pontanus, & Gellius lib. 2. c. 3. cum H scribendum censuerunt. in hoc lapides sequor, & consuetudinem, cui seruire Orthographiam Quintilianus lib. 1. Instit. Orat. scriptum reliquit, Orthographia, inquit, consuetudini seruit, ideòq. sepe mutata est. Et Victorinus Afer in Libello de Orthographia, sic: Antiquitatem posterior consuetudo vincit. Ausculi, in suburbio.

OPIDVM, si Etymologiam sequimur, vnica v, scribemus. Varro enim lib. 14. Maximum, inquit, edificium est Opidum, ab Ope dictum, quod munitur opis causa, ubi sint, & quod opus est ad vitam gerendam, ubi habitent tuto. Vel Opida, quod opere munitant moenia, quo muniti essent. Et Festus: Opidorum, inquit, origine optime refert Cicero, lib. 1. De gloria. eamq. appellationem usurpatam esse existimat, (sic enim lego, non, ut in vulgatis, eamque appellationem usurpationem appellatam esse exist.) quod opem darent. Isidorus quoque lib. xv. cap. 2. Hec, inquit, est origo Opidorum, qua, quod Opem darent, iccirco

- Opida nominata dixerunt. Quamvis eodem loco supra à quibusdam dicat Opida nominata, quasi ab Op. positione murorum. In vetere inscriptione Opidum unica P, & duplici, scriptum est. Aletri, sine Porticu D. Mariae, in tabula antiquissima. U. de OPPIDVM, duplici PP. Roma. in tab. aenea apud Capranicos. Florentiae. Viterbij, in decreto Desiderij Regis Italiae. Alcantara.
- OPORTET, unica P. libri veteres, & lapides. Roma, in tab. an. apud Capranic.
- OPPERIOR, duplici PP. libri veteres, & Virgilius Carpensis.
- OPPORTUNE, duplici PP. libri veteres, Virgilius Carpensis, & Analogia.
- OSISMII, populi, non OSISINI, de quibus Caesar. lib. II. de bello Gall. in extremo, & Orosius. libri veteres, & Ptolemaeus, OSISUM.
- OSTIA, vrbs, sine Adspiratione. Linius, lib. I. Usque ad mare imperium prolatum, & in ora Tiberis OSTIA vrbs condita. Idem tradit Dionysius lib. 3. In assibus Neronis Imp. POR. OST.
- OSTIVM, sine Adspiratione. libri veteres, Virgilius Carpensis, & lapides. Neapoli, in adib. Hadriani Gulielmij.
- OTACILIVS, non OTTACILIVS, aut OCTACILIVS, familia Romana. lapides Capitolini, & alij. & duo nomeni argentei Andreae Lauretani, aliusq. areus Rinaldi Odonij, sic inscripti, MARCIA. OTACIL. SEVERA. AVG. & alius areus Laurentij Massa, cum iisdem litteris: ab altero vero latere, CONCORDIA. AVGG.
- OTIVM, cum T. libri veteres, & Q. Papius Grammaticum,

- maticus, planè, his verbis: In his syllabis sonus litterae T. immistus inveniri tantum potest, quae constant T, & I, & eas sequitur vocalis qualibet, ut Tatius, Otia, Iustitia, & similia. Cuius ego sententiam sequor libentius, quam eorum qui Inducia, & Ocium, cum C, scribunt, Donati auctoritate adducti. Donatum enim scripsisse dicunt, Inducia, quod inde Ocium, quod falsum puto. nam potuit scribere Inducia, quod inde Otium. quod sententiam meam confirmat. cui subscribunt antiqui lapides. Roma in insula Tiberina in basi.

P

- PÆNE, pro, Fere, cum Æ, & sine Accentu. libri veteres, & lapides omnes. Eiusmodi sunt, Sane, Ferme, Profecto, & similia: quae sine Accentu ex antiqua consuetudine scribo. Roma, in adib. Atilij Delphinij.
- PÆNITET, cum Æ. libri veteres, & Virgilius Carpensis.
- PÆNVLA, cum Æ. lapides. Roma extra portam Flaminiam, in vinea quadam.
- PÆNVRIA, cum Æ. libri veteres, & Analogia, quod Pene urat.
- PÆTVS, cum Æ. lapides. Patavij, apud Cartolarios, in cella vinaria.
- PALÆSTRA, cum Æ. ex Graeca consuetudine, & lapidibus. Roma, in domo Casia.
- PALPEBRÆ, cum B, scribo. sic enim usus retinuit. Quamquam ita scripsit Carisius lib. I. Palpetras per T, Varro

„ Varro ad Ciceronem XIII. dixit : sed Fabianus de
 „ Animalibus primo, Palpebras, per B. Alij dicunt,
 „ Palpebras, genas; Palpebras autem ipsos pilos.

PAPIRIVS, cum I, non cum Y. libri veteres, lapides Ca-
 pitolini, & alij. Roma, trans Tiberim in horti-
 Aurelij Matthæij. In aedibus Porcariorum.
 In Sabinis. Venusiæ, ad Fontem Otbi, ubi vulgo di-
 citur La Piazzola. Fulginei. Aletri. In
 opido D. Germani, ad Cathedralē Ecclesiā. Nea-
 poli, in aedibus Hadriani Gulielmij. Tergeste.

PAPVS, vnicui P, Cognomen Emiliorum, lapides Capi-
 tolini, & alij. Roma, ad Arcum Gallieni, in aedibus
 D. Viti.

PARCIMONIA scriberem, non PARSIMONIA, sicuti enim
 dicimus, Querimonia, Alimonia, à Queror, & Ale-
 cur non & Parcimonia, licet dicere, assentientibus la-
 pidibus? Nam si à supino derivarentur hæc Nomina,
 Questimonia, Altimoniaq; diceremus, quod non dici-
 mus, non igitur à supino, sed à principe verbi ipsius,
 deducuntur. Montis plani (sic vulgo dicitur) ad
 D. Antonij.

PARILIA, & PALILIA, dicitur, à Pale, pastorum de-
 I in R mutata: ut, Clustumina Tribus, & Crustu-
 mina. Victorinus Afer, Palilia dicendum negat, &
 à Pario deducit, quem sequor, assentiente etiam Ka-
 lendario vetere Romano, quod hic, in extremo libro,
 cum patris interpretatione, imprimendū curavimus.
 „ Carisius, lib. I. Palilia, inquit, dicuntur. Pales enim
 „ dea pastoralis est, cuius dies festus, nisi quòd quidam
 „ à partu Ilia, Parilia dicere maluerunt.

PARRICIDA, duplici RR. libri veteres, & Etymolo-
 gia.

PATRICIVS, cum C. libri veteres, Græca consuetudo, &
 lapides. Roma, in domo Cesia. Via Ostiensi, IV.
 ab Urbe lapide. Fulginei. Hæc cum scripsissem,
 incidi in Velleij Paterculi historiam, quam cum le-
 gerem, Patricios dictos reperi senatorum, qui patres
 dicebantur, filios, eo quòd patres ciere possent.

PAVLLVM, & PAVLLVLVM, LL geminata, ut sensit Te-
 rentius Scaurus, in libello De orthographia, cuius
 „ hæc sunt verba: Sine dubio peccant qui Paulum, &
 „ Paululum per unum L scribunt, cum alioqui prima
 positio eius duplici hac littera enuncietur, Pollum, &
 „ Possillum. libri, & lapides. Roma, ad Pontē Ce-
 stium. Ne quis vero miretur, Pulcrum in eadem
 inscriptione sine Adspiratione scriptum esse (de qua
 scribendi ratione quadam & Cicero in Oratore) au-
 diat Terentium Scaurum, antiquum Grammaticum.
 „ Pulchrum, inquit, quamvis in consuetudine adspire-
 „ tur; nihilominus tamen ratio exsilter & enuncian-
 „ dum, & scribendum persuadet: ne una omnino di-
 „ ctio, aduersus Latini sermonis naturam, media ad-
 „ spiretur: cum alij à Græcis putent esse translatum,
 „ quasi Pulchrum, ποικύλον, quippe multum nito-
 „ ris & elegantie significaret. Sunt tamen non hebetis
 „ ingenij viri, qui nomina huiusmodi, in Crum exentia,
 „ à verbis deduci velint, à Fulcio, Fulcrū, à Sepelio, Se-
 „ pulcrū, à Polio, Polcrū; mox consuetudine, Pulcrum.
 „ Carisius quoq; lib. I. Pulcrū, inquit, Varro adspirari
 „ debere negat; ne duabus cōsonantibus media intercedat
 „ Adspiratio: quod minimè rectum antiquis videba-
 „ tur. unde & Sepulcrum hodièq; manet, quòd sit Seor-
 „ sum à Pulcro, propter recordationem doloris.

PAVLLVS, LL geminata, Cognomen Emilia gen-
 tis. la-

tis. lapides Capitolini, & alij, & nummi argentei tres Andreae Lauretani, Alexandri Toti, & Alojii Mondella, sic omnes inscripti, PAVLLVS. LEPIDVS. CONCORDIA. PAVLLVS. TER. Vide & Velium Longura, de Orthographia. Rome, in basi Tiburtina. Ad D. Mariæ in via. Ad Agonem, in domo quadam: olim in adibus Colotianis. In adibus Maffiorum. In hortis Carpens. Ad Cur. Sabell. In Basilica Lateranens. In Thermis Constantinianis. Sapini, in Samnio. In Equiculis. Carere. Extra Mirabellam. Brixia Ibidem. Ibidem. Ibidem. Ibidem. Ibidem, ad Cathedralē Ecclesiam. Gambaræ, in agro Brixiano, ad D. Petri Templum. Ad D. Mariæ, vulgo, de Inuergnano. Mediolani. Unica tamen L, legitur in quibusdam inscriptionibus.

Rome, apud Octavianum Pantagathum. Ad Forum Piscarium, in adibus Angeli Velarini. In adibus Euryali Rufini, ad Busta Gallica. In adibus Atilij Delphinij. Ad D. Augustini, in domo quadam. Ad Salona aque originem, in Triuultiorum hortis. Tibure, ad D. Siluestri. In Agro Arpinati, supra Fibrenum fluium. Senogallie, in Piceno. Verone. Brixia, ad adē D. Afræ in sacello subterraneo. Montisplani, (sic vulgo dicitur) ad D. Antonij. Mediolani.

PECVNIA, per C, & non per Q, scribendum est: (inquit Carifus lib. I. Instit.) quoniam Q, litteram nusquam volunt veteres poni alias, nisi vt duæ vocales sequantur, quarum prior sit V. lapides omnes.

In inscriptione tamen, quæ est Venusia, ad Fontem Othi, cum Q, Pecunia malè legitur.

PEDIVS, non PÆDIVS, familia Romana. libri veteres, Poëta, lapides Capitolini, & alij. Foro Sempronij, in Piceno, in hortis Polydori Rustij. Interamna.

PEDVCEVS, non PEDVCEVS; aut PÆDVCEVS, libri veteres, & lapides. Mutina. Interamna. Roma, in Piscina publica, in Tiburtin.

PENITVS, non PÆNITVS, vt video scriptum esse in quibusdam libris. Poëta enim primam corripunt.

PENNVS, duplici NN; Cognomen Iuliae gentis. libri veteres, & lapides Capitolini.

PENARIVS, & PENVARIVS, reperitur in vulgatis libris; PÆNVIARIVS, autem in antiquo lapide, quamvis mendose cum diphthongo: nam Poëta primam corripunt. Puteolis, in hortis Proregis.

PERENNIS, non PEREMNIS. ex antiquis & libris & lapidibus. Roma, ad D. Ioan. & Paulli. In adib. Francisci Lischa. Ad Columnam Antonini, in ad. Bubalorum.

PERPERNA, non PERPENNA; Cognomen familiae Romanae. lapides Capitolini, & alij. Roma ad D. Paulli. Rome tamen ad D. Helene, retro Thermas Constantinianas, est antiqua inscriptio, in qua, Perperna, legitur.

PETILLIVS, LL geminata, familia Romana, lapides Capitolini, & nummi duo argentei Andreae Lauretani, alijsq. Rinaldi Odony, sic inscripti, L. PETILLIVS CAPITOLINVS. Iuuenatij tamen est antiqua inscriptio, in qua PETILIVS, unica L legitur.

PETIVS, unica, & duplici TT, reperio in antiquis inscriptionibus. Unica, Roma, ad Forum Iudeorum.

Duplici, Roca, iuxta Neapolim, in domo clarissimi Comitum de Seminara; Aquila, intra adē S. Secundi.

PHOEBVS, cum OE. *Græca consuetudo, & lapides. Roma ad Columnam Antonini, in edibus Bubalorum. In edibus Capranicorum. Ad D. Mariæ, in Foro Indorum. In domo Cælia. In Foro Romano. In adfensu Capitolij, in domo quadam. In edibus Rainatij Farnesij. Reate, ad D. Petri.*

PIGNVS, *Pigneris, dicebant veteres; Pignus, Pignoris posteriores. lapides. Pigner. Romæ, ad D. Mariæ, in via, in monasterio. Pignor. Romæ, in Museo Carpenfi. Ad Agonem.*

PIRÆVS, cum Æ diphthongo in secunda syllaba: *Græca consuetudo.*

PLÆTORIVS, cum Æ, familia Romana. libri, & lapides. *Romæ, ad D. Mariæ in Porticu. In ed. Io. Zabre, ad Fontem Truij. In Equiculis. Item quatuor nummi argentei Andreae Lauretani, quorum vnus, L. PLÆTORIVS. CEST. IMP. secundus, M. PLÆTORIVS. ÆD. CVR. EX. S. C. tertius, M. PLÆTORIVS. CEST. EX. S. C. cum alio Alexandri Toti, eidem inscripto. quartus, M. PLÆTORIVS. M. F. ÆD. CVR. & alius Matthæi Forerij, cum iisdem litteris.*

PLANCIANVS, cum C, deductum à Plancia gente: *nummus argenteus Andreae Lauretani, sic inscriptus, CVR. PLANCIAN. ÆD. CVR. & lapides. Romæ, in ad. Massæiorum.*

PLAVTIVS, cum T, familia Romana. libri, lapides Capitolini, & alij, & nummi duo argentei Andreae Lauretani: *quorum vnus, A. PLAVTIVS. ÆD. CVR. EX. S. C. alter, L. PLAVTIVS. & alius Io. Mariae Sculptoris, sic inscriptus, C. PLAVTIVS. PLANCIVS. & alius Matthæi Forerij, cum his litteris, A. PLAVTIVS. ÆD. CVR. EX. S. C. & alius eruditissimi hominis, clarissimij*

Comitis, Constantij Landi, in quo est, L. PLAVTIVS. *Romæ, in virid. Paulli Bubali, ad Aquam Virginem.*

POENA, cum OE scribo, ex antiquissimis libris, Virgilio Carpenfi, & lapidibus; *præterea ex Græca derivatione. Græci enim, Πονη. Romæ, in Museo Carpenfi. In edibus Atilij Delphinij. In edibus Alberici Cibo, Carrariae Principis, ad Agonem. Ad D. Antonij, è regione Hospit. Anglorum. Neapoli.*

POETELIVS, cum OE. lapides Capitolini, & alij. *Romæ, in Museo Carpenfi. Ad Cvr. Sabell.*

POLLA, duplici LL, deductum à Paulla. libri veteres, & lapides. *Romæ, ad D. Mariæ in via Aquini. Albacina, Fabriani pag. Neapoli. Brixia, in Foro.*

POLLIO, LL geminata, Cognomen Asinie gentis. lapides Capitolini, & alij. *Romæ, via Latina. In edibus Porcariorum. Apud Atilium Delphinium. Charticeti, Fani opid. Casini, in templo D. Mariæ, in pavimento. Ad Lirim fluvium. Mediolani. Contra tamen in quibusdam inscriptionibus. Romæ, in edibus Arberinorum. In agro Bellunen.*

POMERIVM, sine diphthongo. libri, & lapides. *Romæ, affix. parieti, ante D. Lucie Cloacam. Ante ades Casias.*

Hinc licet intelligere, quod videor iam sæpe monuisse, consuetudinem apud veteres valuisse plurimum: cum Pomerium, non Pomærium, scriberent; licet à Pone, & Mæros, id est, Muros, deductum non ignorarent, ut ait Varro, lib. 4. de Sermonibus. Lat. & Linius, lib. 1. nam alioqui, pro V usurpabant Oe, ut Cærare, pro Cæ-

pro Curare; Mæri, pro Muri; Oesus, pro Vfus, apud Cicero-
lib. 2. de Legibus; Mœsia, pro Musia, siue Mysia, & similia.
Quæ aliquando, si vita, valetudo, & ortu suppetet, ex usu.
Antiquarum Inscriptionum libris cognoscuntur. Vide hic in-
nostram veterum Notarum Explanationem, in OE, pro V.

POPILLIVS, LL geminata. lapides Capitolini & alij.
Rome, in edibus Atily Delphini. In hor-
Carpens. Trans Tib. in edib. Aurelij Matthæ.
Brixie, ad ædes Patronianas. Gottholongi,
dicitur) in agro Brixiano, ad D. Petri. Vnicata
men L. legitur in sequentibus. Roma, in hortis Car-
pens. Ad D. Eustachij. In edibus Capran-
corum. Ibidem. Ad D. Thome, prope Temp-
Pacis. Ad D. Paulli. Preneste. Ibidem,
summo Templo. Tibure, ad D. Paulli. Patavij,
apud Cartolarios, in cella vinaria.

POPULICOLA, non PVBLICOLA, P. Valerij Cognomen.
lapides Capitolini, & alij. Linius etiam, lib. 2. huius
Cognominis causam ponit, quasi à Populo coleretur
his verbis: Latæ deinde leges, non solum, quæ Reg-
suspicione Consulens absoluerent, sed quæ adeo in con-
trarium verterent, ut Popularem etiam facerent.
Cognomen factum Populicole est. Valerius quoque,
iv. c. 1. P. Valerius, inquit, populi maiestatem ven-
rando, Populicola cognomen asscutus est. Roma
apud Maffæios. Erut. via Sacra. In agro Br-
xiano.

POPÆVS, gemina PP, & cum Æ diphthongo. libri, la-
pides Capitolini, & alij. Quamvis aliter legatur
in vetere lapide. Roma, in edibus Porcariorum.

PORCIVS, cum C familia Romana, à Porco; vt ab Af-
no, Asinius; ab Oue, Onius; à Gallo, Gallius. libri, la-
pides Capitolini, & alij; & nummus argenteus An-

nij Augustini, & alius Francisci Molini, sic inscri-
pti, M. PORCIVS. LÆCA. Rome, ad D. Laurentij,
extra muros. Ad Forum Mali aurei.

POSTRIDIE, quidam duplici TT scribunt: quasi Post-
triduum. quos non sequor. in omni enim re delectus
est habendus. Eadem ratione scribunt & Transcribo,
Asstitit, Pedissequus, Alissequus & similia.

POSTVMIVS, familia; & POSTVMVS, Cognomen, sine
Adspiratione, contra Etymologiam. Plut. in Sulla:

„ οὐ ὕσπερ τῆς πατέρον τελευτῆς γενόμενος. Plautus Au-
„ lularia: Post mediam ætatem qui ducit uxorem do-
„ mum, si eam senex anum pregnantem fortuito fecerit:

„ quid dubitas, quin sit paratum nomen puero Postu-
„ mus? lapides Capitolini, & alij; & nummi duo ar-
gentei Andrea Lauretani, quorum vnus, A. POSTV-

MIVS. A. F. ALBINVS. BRVTI. F. COS. alter, A.

POSTVMIVS. COS. & alius Alexandri Toti, & alius

Matthæi Forerij; duo Rinaldi Odonij, & alius quem

duobus abhinc annis, antequam diem suum Rome

obiret, mihi dono dedit Constantius Landus, Comes;

cuius hominis mirifica probitate, præstantiq. doctrina

valde delectabar cum iisdem litteris. Roma, ad D.

Marci, in edibus Horatij Muti. Ad D. Paulli.

In Palatio Nerve. In Hadriani Mole. Nea-

poli. Ibidem. Puteoli. Canusis. Medio-

lani, apud Vicum Galeratum. Brixia, in Templo

omnium Sanctorum. Concesij. Bagnoli, in Tem-

plo D. Processi, & Martiniani. Patavij, in edi-

bis Francisci Quirini. Inuenio & POSTIMIVS, in

antiquo lapide. In edibus Cæsitis.

PRÆMEFERO, PRÆTEFFERS, PRÆSEFERT, unica di-

ctione scribo: quamquam ex tribus componatur. vsu

cuius

enim in vnam transit: sicuti, *Quemadmodū, Quam obrem, & similia.*

PRÆERTIM, cum Æ. libri veteres, *Virgilius Carpensis, & lapides. Romæ, in adibus Massaiorum.*

PRÆSTINGVERE scribo; non PERSTRINGERE, ut
PRÆSTRINGERE, ex auctoritate veterum librorum.

PRENSVS, non PREHENSVS, *Terentius Scæverus precipit scribendum: quòd deducatur à Prendo, non Prehendo. cui assentiunt veteres libri, & Virgilius Carpensis.*

PRETIUM, sine diphthongo. libri, & Lapides. *Franciscus PRO, sine Adspiratione; ut, Pro Iuppiter. Fcstus, & Virgilius Carpensis, Æn. lib. IV.*

PROCILIVS, non PORCILIVS. libri, & nummus argenteus *Aloysii Mondelle, in quo est, I. PROCILLI. F. & lapides. Romæ, ad D. Antonij, prope Aculcam Mauthi. Ad D. Thomæ, prope Templum Pacis Nominatur à Cesare C. Val. Procilius. ubi antiqui libri, Procillus, vel Troacillus.*

PROCONSUL, vnicò verbo scribendum licet existimare, cum *Suetonius & Plinius, Proconsularis; Gellius, Proconsulare, vnicò verbo, dixerint. Veteres continebant PRO. COS. itaq. scriptum in lapidibus Capitolinis, & alijs, animaduerti. quæ scribendi ratio molestas Grammaticorum quæstiones vitabat. librorum postea. alij, Proconsul, variatis casibus; alij semper Proconsule, produxerunt. Ego libenter Antiquorum consuetudinem imitarer, ne cum alterutra parte, si quasi iuris possessionem tenente, litigare necesse haberem. Quod si alterutram ad partem cogar inclina-*

re, s.

re, libentius scripserim, *Proconsul, Proconsulis, Proconsulsi, & quæ sequuntur: in quo me valde mouet similitudo; cum Abnepos, & Pronepos; non Abnepote, vel Pronepote, omnes dicant. quod si hoc conceditur, (nec dissentire quemquam video) valeat eadem ratio in Proconsul, & Proprætor, & similibus. Veteres autem non modo, PRO. COS. pro, Proconsul; sed etiam P. Q. pro Populusq., separatim scribebant: quod nos vnicò verbo scribere omnes consueuimus. Nec me mouet exemplum illud in Oratione, ut opinor, pro lege Manilia, cum L. Philippus dixit. se mittere Pompeium ad bellum Mithridaticum, non Pro consule, sed Pro consulibus. respexit enim ad originem compositionis, & ad significationem nominis, non ad usum scribendi, aut loquendi. In epistola etiã x. lib. xvi. Fam. legitur, Nobis, qui Proconsulibus sumus, negotiũ dederat ut curarem, & c. in vulgatis. Quo loco omnes veteres libri, nulla varietate, Proconsules, habent. Diuus autem Augustinus, in libro De Grammatica, Ab F, inquit, littera vocali nullum Latinum, nisi iuncta præpositione, masculinum inuenitur; ut, Pro consule, Pro prætor. Ergo iuncta præpositione, sunt Latina, ut dixi, Pro prætor, Pro questore; nam veteres nominatiuo casu, Pro consul, dicebant; attendentes, nullum nomen apud Latinos, virilis generis, in E excire. Proconsul etiam vnica dictione legitur in antiquo lapide, superiore anno ad D. Stephani in Cælio monte effosso. Antea quoque eiusdem inscriptionis exemplum exstabat ad Agrippinam. Item eiusdem fragmentum, in adibus Atily Delphini. In ead. D. Prisca, in Auentino. In adibus Massaiorum. Ibidem.*

Ad D.

Ad D. Alexij. In domo Casia. Ibidem.
 In hortis Fabianini Montij. Ad Agrippi-
 nas. Ad Buxta Gallica, in edibus Euryali Rustij.
 Ad Forum Traiani. Pisauri, ad DD. Decentij
 & Germani. Ausonius quoque Edyll. v. dixit:
 „ Proconsul genitor, Prefectus auunculus instans.
 PROELIVM, cum OE. Virgilius Carpensis, lapides Capito-
 lini, & alij. Romæ, apud clariss. virum, Py-
 rrum Tharum.
 PROSCENIVM, sine diphthongo. deducitur enim à Scena,
 contra tamen antiqui lapides. Uulsius.
 PUBLICIVS, & PÖBLICIVS, in antiquis lapidibus inue-
 nio: cum tamen eandem significari gentem, minus
 dubitem. Sed, quia veteres primum Pöblius, dein
 Publius, dixerunt; hinc & Pöbliciüs, & Publicus,
 deducta sunt. lapides Capitolini, & nummus argen-
 teus Io. Andreae Auercoldi, & alius Io. Maria
 Sculptoris, & alius Matthæi Forerij, & alius Ale-
 xandri Toti, PÖBLICIVS, habent. Mihi posterior
 consuetudo, quæ suauitatem in pronuntiando ques-
 nit, magis placet: quam confirmat nummus argen-
 teus Andreae Lauretani, & lapides. Public. in
 Vico Triputij, Agri Lupien. Patavij. In agro
 Brixiano, ad D. Mariæ, ultra Herbuscum.
 Pöblic. Romæ, in edibus Podocatharorum, prope D.
 Lucie Cloacam. In Museo Carpens. In fra Cap-
 itolium, ad Forum Traiani in Tiburtin. ad Theat.
 Marcelli. Neapoli.
 PÖBLILIVS, non PÖBLILIVS, familia. lapides Capito-
 lini, & alij: & sydem lapides, paullo post PÖBLILIVS
 habeant. Romæ, in edibus Domitij Cauallerij. In
 edibus Mafficiorum, è Ceritibus allat. Narnia.

ad Portam antiquissimam.
 PVPILVS, lapides. Romæ, in edib. Mafficiorum.
 Puteolis. Senogalia, in Piceno. Bergomi.

Q

Q. scribebant veteres, cum copulantes particulam
 Que, significarent: quod & lapides Capitolini, & alij,
 qui &, Que producte habent, plane testantur.
 Romæ, in edibus Atilij Delphinij. In domo Vin-
 centij Palumbij, ad D. Mariæ in via. Iuxta edes
 Carpenses. Ibidem. Ad D. Mariæ, in Foro
 Iudeorum. Ad D. Clementis. Ibidem. Via
 Flaminia. In Foro piscario, ad D. Angeli, in pa-
 riete domus. Ad clivum Capitolinum, in edib. Lu-
 cij Buccabellij. Ad D. Mariæ, trans Pontem.
 Ad D. Celsi. In edib. Bruti Vall. In edibus
 Fabij Crescentij. Ad Cloacam D. Lucie, in domo
 Podocatharorum. Prope viam Iuliam, in Foro ne-
 gotiatorio, in Pariete quodam. Ad D. Paulli.
 Ibidem. Ad D. Mariæ Cruciferorum, ad Fontem
 Triuij. Trans Tiberim. In Taberna quadam,
 prope Fontem Iulij III. Via Flaminia. Via Fla-
 minia, quæ ducit ad Pontem Miluium. A Pre-
 neste tertio lapide, extra opidulum, quod vulgo Za-
 garuoli dicitur, in Ecclesia, allatum ex Nymphæo,
 quod sub radice Montis fuit, vbi adhuc fons pulcher-
 rimus. Aquini ad Cathedr. Eccles. Neapoli.
 QVAMOBREM, QVEMADMODVM, Sicut, Sicuti, Velut,
 Veluti, Quamprimum, Quamplurimum, Quam-
 plures, Quamdoctissimus, Perbelle, Perdocte, Admo-
 dum,

dum, Propterea, & similia, unica dictione scribo: quæ cum sint composita, vsu tamen in unam naturam cæterunt. libri, & lapides.

QVATTVOR, duplici TT. Virgilius Carpensis, Pandectæ Poëtæ, & lapides.

QVERELLA, sine diphthongo, & duplici LL. libri veteres, Virgilius Carpensis, & lapides. Eodem modo Loquella, in Virgilio Carpensis, An. lib. IV.

QVEROR, sine diphthongo. libri veteres, & lapides. Roma, in insula Tiberina. In domo Casia. Ad montem Iordanum. Ad D. Mariæ Gratiarum, infra Capitolium. In cœnobio D. Paulli, via Ostiensis. Ad D. Marcelli. In suburbio Reatinum. In agro Brixiano. Malè tamen QVÆRELLA, cum diphthongo, legitur. In hortis Carpens.

QVIDQVOD, & QVIDQVAM, non Quicquid, aut Quicquam. dicimus enim, Quodque, & Quidque: quamquam video etiam in verbo Acquirō d in c mutari. Sed hæc non satis firma ratio videtur: cum scriptum etiam in antiquissimis monumentis animaduertitur, Adquirō; etsi, Acquirō, scribam. Accedit illa ratio, quod in, Quisquis, à quo Quidquid deducitur, nullam litteram mutamus, nec dici potest, in Quidquid ideo mutari d in c, vt pronuntiatio leniatur: mihi quidè sonus aliquanto asperior videtur in Quicquid, quam in Quidquid. Confirmant nostram opinionem Quintilianus, lapides, & Virgilius Carpens. in 2. An. ibi, Quidquid id est, timeo Danaos & dona ferentes. Interamnia, ad maximum Templum.

QVINCTVS, QVINCTIVS, QVINCTILIVS, QVINCTILIANVS, & QVINCTILIS, cum CT scribo; secundum lapides.

lapides Capitolinos, & alios; etsi quidam lapides sine c. Admonet enim Etymologia, vt quemadmodum à Relinquo, Relictus, à Coquo, Cœctus; sic à Quinque, Quintus, deriuemus. Roma, in adibus Capranicorum. Repert. in Foro Romano, ad eadem Saturni: ante Templum D. Hadriani, nunc prope edes Farnesianas. Ferentini, in Latio, in vinea Hispellis. In agro Veronens. Contra tamen in sequentibus. Roma, ad D. Marci. In adib. Hier. Spannochij, ad Aculeam. S. Mauthi. Ad Aquam Virg. in viridario Paulli Bubali. Ad D. Mariæ, trans Pontem. Ad Agonem, in Ecclesia D. Agnetis. In adibus Benzoniorum, ad D. Marci. Tibure, ad D. Mariæ.

QVOMODO, & QVOQVO MODO, & similia, quis dubitet separatim scribenda esse? sicuti etiam scribitur, Quodam modo. Eiusdem generis sunt, Si quis, Priusquam, Posteaquam, Ante quã, Propterea quod. quod libri veteres videntur confirmare.

QVOTIDIE, quod cõponitur ex Quoto die, cur nõ scribã, cum antiquis? Quintilianus enim ætate sua Cotidie dictũ significat. verũ enim in hoc vetustiorẽ consuetudinẽ magis probo, alioqui, vt Cotidie, sic & dicendũ esset Cotannus, quod ineptũ, & cõtra cõsuetudinẽ esset, assentiente Virgilio Carpens. lapides COTTIDIANVS, habent. Roma in ad. Massæiorum, è Ceritibus allat. 2. Quotidie verò duplici TT Poëtæ scribũt, metri causa: vt in RELIGIO, RELIQUIÆ, RETVLIT.

QVOTIES, non QVOTIENS, item & TOTIES, ex aurium suauitate, scribo; & ex lapidibus. Contra tamen in quibusdam. Roma, extra portam Flaminiam, in vinea quadam.

• R

RÆTI, Populi, cum Æ diphthongo. libri Græci & lapides. Prope Caietam, in templo rotundo. Messane, in Sicilia.

REGIVM, Italiae opidum, sine Adspiratione.

RELIGIO, unica L. libri, & lapides. Poëta addunt L, ut producatur prima syllaba, quæ brevis natura est. Roma, in Janiculo. ad D. Onuphrij, in adscensu. In edibus Colotianis. In edibus Massiorum. In edibus Porcariorum. In edibus Hieronymi Pichy. Ferentini, in Latio, in vinea.

RELIQVIA, unica L. fit enim a Reliquo. Poëta addunt L, ut prima syllaba producatur. alioqui locum in carmine non haberet. lapides. Roma, ad Campū Flori, in pariete domus Clementinorum Vrbeuet. In edibus Atily Delphinij. In edibus Pauli Pini, ad D. Mariæ Rotunda. In hortis Carpens.

REMMIVS, non REMNIVS, aut RHEMNIVS, reperitur in antiquo lapide. Rome, apud Achillem Statuam Lusitanum.

REPREHENDO, sine diphthongo, & cum Adspiratione, contra veteres aliquot libros. corripitur enim in secunda syllaba apud Poëtas.

RETVLIT, in soluta oratione; RETVLIT in carmine, nam natura sua, cum deducatur à Refero, facit Retuli. sed Poëta addunt T ad producendam primam syllabam, sicuti addunt L in Relligio, & Relligua. Retulit tamen, duplici TT est in Capitolino Marci Triumpho, & in sequenti inscriptione. Neapolim.

edibus Hadriani Gulielmij.

RHEGIVM, Sicilia opidum, cum Adspiratione. Strabo lib. VI. derivat ἀπὸ τῆς Ραγῖναι, id est à Frangendo. libri, & lapides. Tegeani in Calabria.

ROBIGO, non RVBIGO. unde veteres Robum dixerunt, teste Festo Pompeio. Virgilius Carpensis.

ROMILIVS, non ROMVLIVS, familia Romana. libri veteres.

RVEVS, RVEINVS, & RVEFINIVS, unica F. sex numeri argentei Andreae Lauretani. in primo est, RVEVS III. VIR. in secundo, RVEVS. in tertio, RVEVS. S.C. in quarto, Q. POM. RVEVS. COS. in quinto, Q. POMPEIVS. RVEVS. COS. in sexto, L. SERVILIUS. RVEVS. & tres item argentei Rinaldi Odonij, duo sic inscripti, RVEVS. III. VIR. tertius autem, Q. POMPEI. Q. F. RVEVS. COS. & lapides. Roma, infra Capitolium, ad D. Mariæ in Via cali. In hortis Carpens. Ibidem. In Museo Carpens. Ad D. Andrea. In edibus Alexandri Rusini. Ibidem. Ad D. Mariæ in via. In edibus Atily Delphinij. In Capitolio. Ad D. Augustini, in domo quadam. Ad D. Jo. ante portam Latinam. Ibidem. Pranste. Ibidem. In Equicolis, Allifis, in Campania. Ferentini, ad D. Ioannis & Pauli Cathedrale Templum. Telesia, in Ecclesia. Sentini. Capua, ad Ripam Vulturni. Neapoli, in edibus Petri Pighiolo. Iuxta Neapolim. Mirabelle, in edibus Ferdin. Guindacij. Ibidem. Extra Mirabellam. Luceria. Placentia, ad D. Paulli. Ibidem ad D. Antonij. Materni, in agro Brixiano, apud Benacum. Asisy, in Umbria. Inguj, in Theatro Gabriellæ familia. Feltria.

RULLIANVS, non ROLLIANVS. libri veteres.

RUTILVS, non RVTILVS, familia Romana. Rutilus enim est Nautiorum, & Marciorum cognomen.

S

SACRA VIA, videtur & vnica dictione, & duabus scribi posse; vnica, primum ex auctoritate Carisii; deinde, quia dicimus, Sacrauienses; postremo, ex lapide sequenti, qui est Roma, apud Atilium Delphinium.

„ Duabus. dicit enim Horatius in Sermonibus,

„ Ibam fortè via Sacra, sicut meus est mos,

„ Nescio quid meditans nugarum; totus in illis:

Occurrit &c. & ex sequentibus lapidibus.

Roma, ad D. Agathæ. Ad D. Bartholom.

SÆCVLVM, cum Æ. libri veteres, Virgilius Carpenfis, nummi veteres Domitiani, Seueri, Philippo, & sex nummi aerei Rinaldi Odonij, sic inscripti, ab vno latere, MARCIANA. AVGVSTA; ab altero vero, FELICITAS SÆCVLI. lapides Capitolini, & alij. Roma, in basi, repert. ad radices Palatini, è regione DD. Cosmæ & Damiani; nunc apud Hieronymum Picium. In adib. Columnensium, ad DD. Apostolos. Præneste. Mediolani. Præterea nummus argenteum apud Laurentium Medicem se vidisse, cum sequenti inscriptione, testatur Angelus Politianus in Miscellaneis: LVD. SÆC. FEC. COS. XIII.

Quidam a Sequendo deduxerunt, quod Sequatur, atq. in se reuoluatur. Varro à Sene derivat, quod longissimū spatium senescendorū hominū id putauerunt, utrocumque modo, corripi syllabam necesse videbatur, ideo veteres addiderunt A, ut fieret diphtongo.

SAL

SALLVSTIVS, IL geminata. Martian. Cap. 13. Poëta, libri, nummus æreus, quæ Roma vidi anno ∞ .D. LXVI. mense Iulio, SALL. BARBIÆ. ORBIANÆ. AVG. & lapides. Roma, iuxta ades Carpensēs. Apud Fulvium Ursinum. In ad. Pauli de Horologys.

In Museo Carpensī. Non procul à Ponte Salario.

In pulchro viridario Summi Pontificis. In adibus

Hadriani Fusconij, Episcopi Aquinatis. Ibidem.

Trans Tiberim, ad D. Cæcilia, in pavimento.

SAMAROBRIVA, non SAMAROBRINA. libri veteres, &

Græca consuetudo. Græci Σαμαροβρινα.

SANTONES, populi, non XANTHONES, libri veteres.

SCÆVOLA, Mucia gentis cognomen, an SCÆVLLA

scribendum sit, ambigo. Scauola, video in antiquis libris;

Scauula, in lapidibus Capitolinis, & in nummis

duobus argenteis Fulvii Ursini. Interim, dum hic

quasi nodus expediatur, librorū testimoniū, & receptā

vsq. iam confirmatam consuetudinem, sequi placet.

SCENA, sine diphtongo. libri, & Græca consuetudo; etsi

aliter lapides omnes, quoscumque viderim. Roma,

in Museo Carpensī. In adibus Maseiorum. In

adibus Atilij Delphinij. Curibus, in Sabinis.

Spoletij, in crypta Templi cuiusdam. Allifis.

Tibure, ad D. Siluestri.

SCHOLA, cum Adspiratione scribo, ex Græca derivatione,

& ex antiquis lapidibus. Roma in Auentino, ad D.

Alexij, in porta.

SCIDA, (inquit Carisius Instit. li. 1.) charta, sine Adspira-

„ tione, à Scindēdo dicta est. sed alij eā cū Adspiratione

„ Schidā, ex Græco τῆ Σχιδῶ dictam putant.

SEBETHVS, fluvius prope Neapol. moenia labens; non

SEBETHRVS; cuius mentionē facit Virgilius, Statius,

& *Columella. lapides.*

SEITEMTRIO, cum M, non cum N. libri, & lapides.

Lanunij, ante Templum. Pola, in Delmatia.

SEPVLCRVM, sine Adspiratione: fit enim à supino Sepultrum, Sepulcrum: vt à Simulatum, fit Simulacrum ab Inuolutum, Inuolucrum; à Fultum Fulcrum; à Lauatum, Lauacrum; ab Ambulatum. Ambulacrum mutata T, in C; & addita R. Sunt omnino lapides, libri, Gellius, Pontanus, & Georgius Valla, qui aliter senserunt: sed aperta nimis Etymologia est: & Sennius in III. Georg. ait veteres scripsisse, Sepulcrum post abiectam esse Adspirationem. Eius verba sunt, hæc: Tria veteres habebant nomina, in quibus clitoriam sequeretur Adspiratio, Sepulcrum, Orchem, Pulcher; e quibus Pulcher tantum hodie recipit Adspirationem Quid apertius? Nec tamen desunt lapides in quibus sine Adspiratione scriptum sit. Roma, in edibus Atily Delphiny. Trans Tiberim, prope Mattheiorum ades. In Hispania, xx. milia pass. procul à Patrono opido.

SEQV VNTVR, non, vt quidam libri, & lapides, Secutur. dicimus enim, Sequor, & Sequens, & Sequella: in supino tamen, Secutum, vitanda asperitatis gratia. Vide Priscianum. Roma, in edibus Colotianis. In edibus Cecchinorum. Torcelli.

SERRANVS, duplici RR, Atiliorum Cognomen, et deducatur à Serendo, & nummus argenteus (in ATILIVS) habeat, SARA. lapides Capitolini & alij. Interamna. In agro Vicetino. Atily & Serrani, & Sarrani, dicti sunt, post captum Regulum Pannis, siue Tyriis, quos Sarranos rectè dici, Probius, si quis alius; docet, dum interpretatur Virgilij locum

Sat

Sarrano incubat ostro. Hinc Tibia Sarrana, apud Terentium.

SESTIVS, non SEXTIVS, cum est patricia familia. lapides Capitolini, & alij, & nummus argenteus Andreae Lauretani, in quo est, L. SESTIVS PRO. QV. Roma, in Cippis duobus.

SEXTILIS, mensis, non SESTILIS. lapides Capitolini, & alij.

SEXTILIVS, non SESTILIVS, familia Romana. lapides.

Rome, ad Arcum Constantini, in vinea quadam.

Ad D. Rocchi, ante ades Sudorinorum. Ad D.

Maria de Monteferrato, apud Cur. Sabell. Aquini. Patavij. In Apulia. Extra Mirabellam.

SEXTIVS, non SESTIVS; cum est plebeia familia. Græca consuetudo, lapides Capitolini, & alij. Roma, apud Fulvium Ursinum. Brundisii, ad D. Magdalena. Prope Pisaurum. In agro Brixiano, ad D. Marie ultra Herbuscum.

SICA, familia Romana, ynica c. libri veteres.

SIDVS, cum I, non cum Y. libri veteres, Virgilius Carpenfis, & Etymologia. deducitur enim, vt ait Varro, ab Insidendo. Et nummi duo veteres, Antonij Augustini, DIVA. FAVSTINA. PIA. SIDERIBVS. RECEPTA.

SIGILLATIM, non SINGILLATIM; à Sigillam. libri veteres, & lapides. Reate.

SILANVS, non SYLLANVS, Cognomen Iuniorum. libri, lapides Capitolini, & alij; & duo nummi argentei, vnus Andreae Lauretani, alter Alexandri Toti, sic inscripti, D. SILANVS. L. F. Tibare. Præneste.

SILVA, cū I. nō cū Y. omnis antiquitas. Alij scribūt cū G, deducētes à Græco ΤΑΝ, contra libros, lapidesq. omnes. Ad Cloacā D. Lucia, in ad. Podocatharonū. Et in

antiqua sigulina.

SILANVS, cognomen *Plautiorum*, cum **I**, non cum **Y**. & **SILVANVS**, *Deus*. libri veteres, & lapides. *Prope Tiberim, ad Pontem Lucanum. Ibidem. In edibus Paulli de Horologijs. Ultra Accadiam, in crypta Ecclesie D. Mariae Beuialis. Gennadii Meianei, ad portam ciuitatis. Roma, in edibus Atilij Delphinij. Sub Quirinali. Via Iulii. In adib. Podocatharorum, prope D. Lucie cloacæ. Ad D. Paulli. In via publica prope Capranicam. Fiani, quod est opidū ad Tiberim, 18. ab urbe miliarum. Vulsiuij. Mirabella, in ed. Ferdinadi Guindati.*

SIMILLIMVS, gemina **LL**, ut syllaba producat. alioquin enim corripere. *Poeta.*

SINCERVS, cum **I**, non cum **Y**. libri veteres, & *Virgilij Carpenfis.*

SIQVIDEM, cōiunctim scribo, quod indicat *Ouidij versum. Quæ mihi ventura est, siquidem est ventura senectus. Nam Si, cum non est compositū, producit. Eiusdem generis sunt, Quare, Quamobrem, Postea, Præterea, Ideo, Sanequam, Valdequam, Præterquam, Quilibet, Quinis, & similia.*

SOBOLES, largior consuetudini, auribus indulgentior, & *Cicero ipse plurimū tribuit, ut in Oratore legitur. licet antiquiores libri habeant, Subales; & cū libris lapides consentiant: ut omitā satis apertā compositionem, ex Sub, & Olesco. Rome, in hortis Carpenfis.*

SOLLEMNE, non **SOLENNIS**, habent antiquissimi libri, & lapides. *Analogia Solenne videtur probare: si modo Solo anno deducitur, ut quidā putat. & Perenne dicimus, nō Peremne, quod itidē ab Anno cōpanitur. In hoc tamen plus Antiquitati debemus, quā Analogia.*

Festum

Festū, in Sollo, & Osce. Auximi.

SOLLERS, duplici **LL**. *Martianus lib. 5. libri veteres, Virgilius Carpenfis, & Vaticanus, & lapides. Aquila. In Ciuitatella Verona. Vide & Festū, in Sollo, & Osce.*

SOLLICITARE, duplici **LL**. *scribendum, videtur sensisse Isidorus: nā lib. x. in littera s, Sollicitus, inquit, est, qui Sollers, & citus, atq. irrequietus. Sic etiā scriptū video in antiquis lapidibus. Roma, in domo Casia.*

In hortis Carpenfis. In edib. Atilij Delphinij. Festus autē deducit à Solo, his verbis: Sollicitare, quidam dictum putant, quasi Solo citare, id est, ex suo loco, ac sententia mutare. Solū autem quin significet Locum, quis dubitet? cum Exsules quoque dicantur, loco patriæ suæ pulsī. Donatus quoque isdem pane verbis in Terentij Heautontim. act. 3. sc. 1. Quid aliud, inquit, est Sollicitare, quam suo loco mouere? Solum autem, quin significet Locum, quis dubitat? cum Exsules quoque dicantur loco patriæ suæ pulsī.

SOLLISTIMVM, duplici **LL**. libri veteres.

SPELEVM, sine diphthongo. libri veteres, & lapides.

Roma, ad D. Mariam trans Tiberim. In opido Ticuli, dioc. Urbenetana. Mediolani.

SQVALEO, **SQUALIDVO**, & **SQUALOR**, vnica **L**, à Squama deductum; libri veteres, & lapides. *Roma, anteaedes Io. Coritij, ad Forum Traiani.*

SQVAMA, vnica **M**. libri veteres, & *Virgilius Carpenfis.*

SVBSECIVVS, à subsecando. etymologia.

SVFENAS, vnica **F**. *nummi duo argentei, vnus Andreae Lauretani, alter Matthæi Forerij, sic inscripti, SVFENAS. S. C.*

SVGAMBRI, *populi; non SICAMBRI. libri veteres, & Græca consuetudo.*

SVLPHVR, *cum PH, non cum F, scribo; sicut & Triumphus, non Triumphus. Virgilius Carpensis, & Vaticanus habent, SVLPVR; quo modo & alibi scriptum notavi in nummo argenteo, BÆBI. TAM. PIL. pro, Tamphil. Vide Ciceronem in Oratore. Et in denarijs, PLIPVVS.*

SVLPICVS, *cum C, libri veteres, Græca consuetudo, lapides Capitolini, & alij; & nummus argenteus Alogisii Mondellæ, sic inscriptus, C. SVLPICI. C. F. Romæ, ad D. Nicolai in Calcaria, retro Casarinos, & Capisuccos. Infra Capitolium, ad DD. Cosma, & Damiani. Ad D. Agidij. In adibus Domitij Canallerij. In adib. Io. Zabreræ, ad Fontem Truij. Ibidem. In vinea Io. Poggij, Episcopi Trepens. In adib. Maffaiorum. Ibidem, e Caritibus allat. In adibus Columnensium, ad DD. Apostolorum Mediolani. Placentia, ad D. Antonij. Verona, Bergomi.*

SVPELLEX, *unica P, & duplici LL, libri veteres, & Poëta, qui primam corripunt. Quamvis in lapidibus unica L legatur. Romæ, in hortis Matthæorum. In adibus Porcariorum.*

SVPREMVVS, *unica P, contra veteres aliquot lapides, et quidam lapides unica P habeant; prima enim apud Poëtas corripitur. Romæ, in adibus Atilij Delphinij. In Hispania Citer. In domo Cesia.*

SVLLA *potius quam SVLLA. nam Sulla antiquum est eorum temporum, cum Romani, à Græcis litteris alieni, libenter v, pro y, pronunciabant. itaque Phrygeni non Phryges; & Purrhus, non Pyrrhus, eos dixisse auctor*

auctor est Cicero in Oratore. quod cum ille notauerit, nimirum significat, etate sua, cum Græca littera magno in honore esse cœpissent, Græcam litteram y esse receptam, ut diceretur Phryges, non Phruges; Pyrrhus, non Purrhus. quod cum ita sit, quis dubitet eadem ratione, Sylla potius, quam Sulla & scribendum, & pronunciandum? At Capitolini lapides aduersantur. scripti à Verrio Flacco, Grammatico doctissimo; in quibus apertè legitur Sulla, non Sylla. Grauis omnino auctoritas opponitur. Etenim, si quisquam est qui Capitolinis lapidibus multum tribuat; is ego sum: quorum etiam testimonio in hoc meo Commentario sepius utor. Idem tamen, cum auctoritates veterum inter se comparantur, unum Ciceronem, Romanæ principem eloquentiæ, sexcentis Verrijs facile anteposuerim. nec tamen veto, quin, si cui libet, & quantum libet, Antiquitatem illam horridam & incultam sequatur. Cuius generis homines hodie quoque multi sunt, & fuere, ipso viuentis Cicerone. Eadem ratione Lacryma cum y scribi debet. cum tamen in omnibus lapidibus, & Sulla, & Lacryma perspicue legatur, cum τὸ Ἰὸν Græcum in v Latinum vertatur, ut, Mūs, mus; Σῦλλα, Sulla, & similia. Sic etiam Donatus in Terentij Hec. act. 1. scena 2. Syra, inquit, Surra veteres legerunt, v pro y ponentes; ut Musia, Suria. Sic & Cumatilis color, a Græco κῦμα.

SVNHODVS, *cum y, & Adspiratione, à Græco; ut Methodus, Exhodus. lapides. Lanunij, ante Templum. Trans Tiberim, ad D. Benedicti.*

T

TÆDET, cum Æ. libri veteres, & lapides. Beneuenti, in vico Fabrorum ferrariorum.

TÆTER, cum Æ, ex Virgilio Carpenſi lib. x. & ex antiquis lapidibus. Roma, extra portam Flaminiam, in vinea quadam.

TENSA, sine Adſpiratione, Feſtus, & Peditanus, qui ducit à Tendendo. Eius hæc ſunt, in tertiam Cicero nis Orat. contra Verrem: Tensa ſunt ſacra vehicula. Tensas alij à diuinitate dici putant; alij, quòd animas ipsas lora tendunt ut, quæ gaudent manu tenere, & tangere, qui eas deducunt. Seruius autem, enarrat illud Virgilianum lib. 1. Æn. Hic curruſ fuit, hæc verbis vtitur: Tensam ſignificat, qua deorum ſimulacra portantur. Tensa autem cum Adſpiratione ſcribitur, ἀπὸ τοῦ θεῖα, id eſt à re diuina. et ſi in quibusdam libris non eodem modo legantur hæc poſtrema verba.

TENTO, non TEMPTO: ex Analogia. frequentatiuum enim eſt à Teneo. in quo diſſentio à quibusdam antiquis libris, & lapidibus; ſicut & ab ijs qui Sepulchrum. Roma, ad D. Marci, in edib. Benzontiorum.

TERCENTVM, non TRECENTVM, & ſimilia, libentius ſcriberem, ratione habita compoſitionis.

TEVTONI, populi, non TEVTONES. libri veteres & lapides. Roma, in domo Pomponij Lati, in Quirinali.

THESAVRVS, deductum à Græco Θησαυρός, perſpicuum conſtat. Itaq. quibusdam antiquis libris non aſſentiam in quibus video ſcriptum eſſe, THENSAVRVS.

THORIVS, cum Adſpiratione. nummus argenteus Alexandri Tori, in quo eſt, L. THORIVS. BALVVS. I.

M. R. & alius Rinaldi Odonij, itidem inſcriptus. Sic & THORANIVS, in hortis Carpenſi.

TORANIVS verò, in antiqua inſcriptione, in adibus Colotianis.

THORII, cum adſpiratione. libri veteres, & Strabo.

TIBER, cum I; ex antiquo æreo nummo Rinaldi Odonij, in quo ab vno latere; ab altero, TIBERIS. s. c. item ex alio Antonini Pij, in quo TIBER. ex antiquis lapidibus. Roma, ante ades Caſias. In hortis Fabianini Montij. Apud domum Bruti de Pallis, è regione D. Lucia. Ad ades Ruſticorū. In adibus Atilij Delphinij. In agro Tiburtino, duodecimo ab vrbe lapide.

TILLIVS Cimber, percuffor Caſaris, non TVLLIVS; libri veteres, & Græca conſuetudo.

TINGVO, non TINGO. libri veteres.

TITIVS, cum T. libri, & lapides. Roma, in hortis Iulij. In ad. Creſcentiorū. Ad Columnā Traiani. In ad. Paulli de Horologijs. Trans Tib. ad D. Bartholomei. In cænobio D. Paulli, via Oſtienſi. Interamna, ad Cathedralẽ Eccleſiam. Fulginei. Beneuenti.

TONSRIX, non TONSTRIX, ſcribendum præcipit Carius lib. 1. Inſtit. Sic & Foſſrix, Curſrix. Contra tamen ſcriptum reperi in antiquo lapide, Roma, apud Fuluiam Urſinum.

TORVS, sine Adſpiratione. libri veteres, Virgilius Carpenſis, & lapides. Dictus autẽ Torus, ut inquit Seruius in Virg. Æn. lib. 1. & v. à tortis herbis: vel, ut ait Varro de ling. Lat. lib. xv. à Toruo. Vtram verò etymologiam ſequamur, sine adſpiratione certè ſcribendum. Mediolani, in Templo D. Auguſtini.

TRANS-

TRANSFERO, & derivata, cum N S scribo, ratione hanc
 ra compositionis, & veterum librorum auctoritate:
 sentiente Donato, in Terentij Phormionis Prologo
 Prope Tiberim, ad Pontem Lucanum. In quibusdam
 tamen inscriptionibus contra scriptum vidimus.
 Rome, in edibus Hortensij Palini.

TRIBOCI, populi, non TRIBOTI. Græca consuetudo.
 TRIVMPHO, cum PH, non cum F, ut quidam putant.
 cetero in Oratore, libri, & lapides. In Quirinali,
 domo Pomponij Leti. In edibus Capranicorum.
 In Quirinali, in domo quadam. Prope Tiberim
 ad Pontem Lucanum. Nummum quoque argen-
 teum se vidisse apud Laurentium Medicem, et
 Politianum in Miscellaneis, hac inscriptione, TRIV-
 PHVS; & alium his litteris, TRIVMPVS.

TUCCIUS, duplici CC, familia. ex antiquis lapidibus
 Roma, ad D. Clementis. Capua. Puteoli,
 hortis Proregis.

TURRANIVS, duplici RR, & unica N, lapides. Ro-
 me, ad D. Mariæ in Via, in scala quadam.
 edibus Maffæiorum. In edibus Bruti Vallensij,
 Bellunij.

TUS, sine Adspiratione. libri veteres, & Virgilius
 „ pensis. Carissus quoque, lib. 1. Instit. Tus, inquit
 „ Tundendo, sine Adspiratione dicitur: quamvis
 „ Modestus ἀπό τῆς Τύου, tractum dicat. Vide & Ph-
 „ phyriorem in Horat. Carm. lib. 1. Od. 30.

TUSCIA, sine Adspiratione. libri, & lapides. In
 bus Capranicorum. Narnia, ad Portam ac-
 quissimam. Interamne, apud Statium Donatum
 Florentia. Arpini. Praeneste.

TUSCVLANVS, sine Adspiratione. libri, & lapides.
 Tridenti.

TUTELARIVS, vnica L. libri, & lapides. Rome, in
 domo Cesia. In edibus Capranicorum. Sic &
 Tutela, vnica L. In hortis Carpens. In hortis
 Euryali Rufini.

TYRANNVS, Græca consuetudo, libri, & lapides. Ro-
 me, in Arcu Constantini. Ad Pontem Salarium,
 tertio ab Urbe lapide.

V

VACCINIA, duplici CC. Virgilius Carpensis, & Vati-
 canus.

VALETUDO dixerim libentius quàm VALITUDO, con-
 tra Analogiam, & veteres aliquot libros. video enim
 Horatium in Sermonibus dixisse, Valetudo producta
 secunda syllaba; quæ, si, Valitudo, dicas, brevis erit.
 Verisimile igitur est, alios Valitudo, alios Valetudo,
 pronunciaſſe, in quibus Horatium; fortasse à duplici
 Supino, Valitum, & Valetum; ut ab Soleo, Solitum,
 & Soletum; unde Obsoletum, Exsoletum. quamvis
 Priscianus Obsoletus ab Obs, & oleo deducat; &
 Obscenus, ab Obs & Cano. quod nimis absurdum
 videtur: potest enim, ut à duplici præterito, Soleui,
 factum est duplex Supinum, Solitum, & Soletum,
 itidem fuisse à Valeo duplex præteritum; Valui, un-
 de Valitum; & Valeui, unde Valetum, ex quo Va-
 letudo. Nummus quidem argenteus Andrea Lau-
 retani, & alius Rinaldi Odonij, sic habent, MY. ACI-
 LIVS. III. VIR. VALETV.

VARVS, unica R. lapides, & nummi argentei tres Adreæ Lauretani, & vnus Matthæi Forerij, sic inscripti, C. VIBIVS. VARVS. et si Victorinus Afer, antiqui Grammaticus, aliter sentiat. Roma, in Area Apollinari. Ad D. Rufina, trans Tiberim. Tiburina ad D. Siluestri. In agro Veronens.

VATTIVS, duplici TT scribo, ex Victorini sententia.

VELLÆVS, scriptum reperio in antiquo lapide, Canusini.

VELLICASSES, non VELLIOCASSI, populi. libri veterum Plinius, & alij.

VENELL, populi; nō VNELLI. lib. vet. Ptolemaus Ouerens.

VENEO, pro VENDOR; sine diphthongo. ex Pandectis Florentinis, & antiquis lapidibus. Roma, ad Agonem.

VETTIVS, duplici TT. nummus argenteus apud Ratiatum Farnesium, Cardinalem, in quo est, T. VETTIVS.

IVDEX, & lapides. Apud Suetonium in D. Iulio Cæsare, c. 17. nominatur L. Vettius Index: ut fortasse ex hoc nummo in eo restituendum sit, L. Vettius Index.

Roma, in hortis Armellinorum. In viridario Pauli Bubali, ad Aquam Virginem. In hortis Domitij, in Auentino. Ad D. Agnetis. In adibus Colotianis. In Capitolio, in adibus Conservatorum.

In Foro Romano. In monte Cælio, ad D. Stephanum prope Navicellam. Ad D. Eustachij. Sentinum.

Arsizij, ad D. Pauli. In agro Fulginate, ad D. Marcellum.

Firmi, in Piceno. Neapoli. Venesia.

Fontem Otthi. Mediolani. Gratiani, opidi Medietis ferrati.

VERRVCOSSVS, duplici RR, & duplici SS. vt, Imperatoris lapides Capitolini.

VERTEX, cum E, non VORTEX, scribendum ait Quintilianus lib. 1. quo etiam loco, primum Scipionem Africum

num ita scripsisse, tradidit. Sosipater, Vorticem à Vorando; Verticem à Vertendo dicta putat.

VIBIVS, unica B scribo, ex Capitolinis lapidibus & alijs.

Nūmi veteres Antonij Augustini, C. VIBIVS. PANSA.

Audito tamen inscriptione esse Arcadie, in Apulia, in porta Ecclesie D. Petri, in qua duplici BB scriptū sit.

VICENSIMVS, numquā scribo; sed Vicefimus, Tricesimus, & similia: aurium sensu comprobante. contra veteres aliquot libros, & lapides. Roma, ad Agonem. In nummo verò argenteo Io. Sambuci hae littere leguntur:

IMP. CÆSAR. TRAIANVS. HADRIANVS. P. M. TR.

(P. COS. III.

RELIQVA. VETERA. HS. NOVIES. MILL. APOLI-

(TA. S. C.

VICETIA, non VINCENTIA. libri, & lapides. Vicetie,

In agro Vicetano, in Monte Sumano. Leonici, in agro Vicetano.

VILLICVS, duplici LL. libri, & lapides. et si quidam lapides unica L. Duplici, Capuae, ad D. Benedicti.

Pausylipi. Unica, Romæ, in Collegio Jesuitarum.

In adibus Atilij Delphinij. Ibidem.

VINDICO, non VENDICO. libri veteres, Festus, Pandectæ Florentini, Analogia, (dicimus enim Vindex, nō Vendex) & lapides. Roma, ad D. Helena, retro Thermas Constantinianas. In viridario Pauli Bubali, ad Aquam Virginem. In Foro Romano. Tuderti.

VINICIANVS, Cæliorum cognomen. Male in Fam. lib. IIX. Vicinianus. & in Cæsare, Vintianus. argenteus nummus, & libri veteres.

VIRDMARVS, non VIRIDOMARVS, Gallorum dux, à M. Claudio ad Clastidium interfectus. lapides Capitolini; Seruius, En. VI.

VIRGILIUS malo, quam Vergilius. Pierius quoque
 mam syllabam cum I scribi maluit. cuius ratio
 visum est, ut hic adscriberem, quo certius in hoc nom-
 ne scribendi ratio cognoscatur. Sic igitur ille, in ex-
 tremo Commentario in IV. Georgicò libro: N-
 alienum fuerit à suscepti operis negotio, si, quom-
 Virgilij nomen sit scribendum, ipse quoque, cum
 alijs, qui argumentum huiusmodi amplexi sunt, que-
 siero. I siquidem, an E potius sit huius nominis
 calis prima, litteratissimis illis qui superiori
 claruere, viris (Politianum significat) haud parum
 negotij facessit. Atque illud in primis non ierim
 fitias, in Romano codice passim VERGILIVM, & VER-
 GILI per E vocalem secundam scribi, sed enim id
 de causa factum crediderim, quod mutatio litteræ
 in E, atque itidem E in I, sit toto eo codice frequen-
 tissima: ut, Sublimes in aethere Nisus; pro, Sublimis
 Quique nonas alites; pro Alutis. Aut, Phyllis
 ignes; pro Phyllidis. Tum regidas motare cacum-
 na quercus; pro Rigidas. fuerunt enim secula, qua
 litteram odio quodammodo prosequi visa sunt. Com-
 qua libentius E, per I litteram proferre mallent. Hic
 MIRCIRIVS ab antiquis dictus, Varrone teste, n-
 nunc MERCVRIVS. Et ex eadem originatione Car-
 mircia illi per I, secunda syllaba, quod nos Comment-
 per E libentius enunciare volumus. Quid, quod ET-
 GANTER, secunda syllaba per I scribendum prae-
 Caper, quod ab Eligo descendat? nemo vnus tamen
 Etionem ita proferre nunc auderet. Pari modo id
 auctor EXINTERAVIT, quod ex interioribus verbis
 emanarit, & scribendum, & pronunciandum, mon-
 cum nos tamen τὰ ἔντερα, dictionem Græcam, quæ

scamus

scamus, unde verbum id conformauerimus. Et ne ta-
 dium afferat singulorum nomenclatura, sexcenta hu-
 iusmodi præteribimus. Ut minus me moueat, quod in
 Pandectis quoque illis que nunc Florentia publicè as-
 seruantur, libro ipso Iustiniani Principis, ut creditur,
 archetypo non aliter quam per E, nomen id notetur,
 Sint Commentaria Tiberij 'Donati, grandioris no-
 tata characteribus; sint codices alij, atq. alij, huius vel
 illius Auctoris, in quibus VERGILIVS, per E scriptum
 inueniatur; ætatis quippe id consuetudine, non ra-
 tione, factum contēderim; tot alijs nominibus, quod ad
 has litteras pertinet, pro temporum varietate, varian-
 tibus. quod si aliqua reperiantur monumenta, in qui-
 bus VERGILII nomen per E notatum sit; certè longè
 plura sunt, in quibus VIRGILIUS per I legatur. Et ne
 de Marone dictum dubitemus, visebatur in Foro
 Traiani proximis his annis monumentum id quod
 HONNIMPP. in Claudiani, poëtæ luculentissimi, me-
 moriam erexerant, in quo, præter Latinam inscrip-
 tionem, quæ facti consilium, & Claudiani meritum,
 indicaret, Græcè in super κατ' ἐπιτορῶν incisum disti-
 chon legebatur huiusmodi:

E IN. ENI. ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ. ΝΟΟΝ. ΚΑΙ
 [ΜΟΥΡΑΝ. ΟΜΗΡΟΥ
 ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ. ΡΩΜΗ. ΚΑΙ. ΒΑΣΙΛΗΣ
 [ΕΘΕΡΑΝ.

Ex quo manifestum est, VIRGILII Maronis nomen in
 monumentis publicis per I notatum fuisse. An verò
 memorem Græcos codices, in quibus Virgilij nomen
 habeatur? sanè apud Stephanum in dictione Μαύρα,
 nomen hoc per Iota legitur, non per ἑλιόν: ἐξαιτίας ἢ
 Βυρβύλλος ὁ ποιητής. Sed hæc requirere non est consi-

lium. nam obijcient, in *Suida collectaneis* Virgilii
 Maronis nomen per E legi, in dictione *Appianus*,
 Virgilij *Georgicon Metaphrasim* fecit. Sed id magis
 absurdum quod in eodem loco VERGILLIVS, LL
 minato legitur, Βεργιλίος, uti etiam in antiquis ali-
 quot monumentis non negarim inueniri. quamquam
 id e ratione factum est, (de vocali tantum loquor)
 quod VIRGILIVM à virga plerique dictum agnosce-
 bant, id scilicet à matris somnio desumptum. Virgilian-
 verò recentiora illa tempora per E, ut nunc quoque
 go dicitur, VERGAM, primò dicere, inde VERGI-
 LIVM, eadem sribilitigine, scribere cœperunt. Sa-
 enim, si ab Etymo nominis huius rationem petamus,
 Virgilio nomen à Virginali facie, vel modestia, imbu-
 tum, interpretes affirmant; eumque PARTHENIATI
 vocatum, tam veterum scripta, quam inscriptione
 brorum eius ostendunt, in quibus tot codicibus
 tustis notatum inspicitur,

P. PARTHENIATIS. VIRGILII. MARONIS
 Accedit huc Epigramma Gracii, quo Dido queri-
 detur, alienum quid Virgilium à sui nominis signifi-
 catione fecisse, cum pudicissima femina tam sceleratam
 pudicitie notas inessit. ad id enim adludit finis illius
 Πίερδες τίμοι ἀγνὴν ἐφοπλίσατ'δε Μάρωνα,

Τοῖα καὶ ἡμετέρας λέυσατο σωφροσύνης.
 Quare, siue Etymon à Virga, siue à Virginali fa-
 cie; unde illi tam celebre nomen; VIRGILI-
 per I, scribi debere videtur. Quod verò apud Ro-
 manos in antiquorum monumentis nomen id per
 non nunquam notatum inueniatur, ut apud *Ag-
 gelum Colotium*, in eius hortis:

C. VERGILIUS. MARTANVS. COLONVS.

hos, equo aliquo dato iudice, percunctari velim, si
 tantum illis monumentis tribuunt, ut quidquid in
 illis inspexerint, pro lege habeant, cur non & reli-
 qua eodem modo scribenda censent quo singula eo-
 dem marmore scripta sunt; quippe VERGILIUS, LL
 geminato; BONE, & CARE, absque diphthongo;
 go, in *Acquisitiuo casu*. cur, quia in alio mar-
 more peruetusto, Roma, Q. BERGILIUS legitur,
 non itidem precipiunt, BERGILIUS, per B mutam,
 non per V digammon scribendum esse. Nam, quod
 alibi legatur,

M. VERGILIUS NARCISSVS. VIXIT. ANN. XIII.
 non magis me mouerit, quam VERGINIA, & VER-
 GINIUS, præter Analogia rationem, per E, quodam
 in monumento scriptum. Pari sententia hodie haud-
 quaquam ego DEANA scripserim, quòd ad D. Eusta-
 chy legerim, DEANÆ. D. D. neque MENERVA,
 LEBER & MAGESTER, qua per E protulisse Veteres,
 Fabius attestatur. Neque, IOVE, datiuo casu; tamen-
 si Aquila, intra adem Sancti Secundi notatum sit,
 IOVE. OPTVMO, MAXVMO. T. PETTVS. T. F.
 Neque itidem, DIE, & VICTORE; pro DII, & VI-
 CTORI. que idem apud veteres *Quintilianus* agno-
 scit. Verum ego plurima, que super hoc dici possent,
 de industria prætermitto; qui certò sciam, clarissimos
 litteratura viros, quorum lucubrations propediem in
 lucem spero prodituras, satis superq. his qui E litteram
 in eo nomine adamarunt, respondiisse. Hec *Pierius*.
 Còtrà tamē *Cœlius Rhodiginus* *Antiq. lect. lib. VII. ca.*
4. & Politianus *Epistolaru li. v. & Miscellaneorū ca.*
LXXVII. Pierij tamē sententiā magis probo, et si *Satrij*,
 in maximo templo, *Vergilius*, per E, legatur.

VNGVENTARIVS; non VNGENTARIVS; libri veteres, & lapides. quamquam in alijs contrà. Roma, apud Altium Delphinium. Venuſii, Apulia opidi, in Templo Annunciata.

VOLCANVS, libri veteres, Virgilius Carpenſis, & Vitricanus. Vnde & in lapidibus Capitolinis VOLCANLIA; aſſentiente Kalendario vetere Romano, & alijs lapidibus. Roma, ad D. Maria in via Lata. domo Caſia. Repert. in foro Romano, ad adem Martini, ante Templum D. Hadriani, nunc prope ad Farneſianas.

VOLTURCIVS, lapides. Roma, ad Agonem, prope D. Agnetis, in gradibus cuiuſdam ſcala.

VOLTURNVS. ex antiquis libris, & eodem Kalendario

VOLVSENVS, non VOLVSIENVS. ex antiquo lapide m. Eodem modo ſcriberem, Saluidenus. Nam & Poſſimulenus dicitur. Poſſidenus, Sentini.

VULSINIENSES, non VOLSINIENSES. lapides Capitolini et ſi aliter alij lapides. Vulſinijs.

VULSO, non VOLSO, Manliorum Cognomen. lapides Capitolini.

XANTHIPPE, cum adſpiratione. lapides. Roma. edib. Pauli de Horologijs. In hortis Fabianis Montij. Parme in Eccleſia quadam.

ZMYRNÆI, Populi. libri veteres, & lapides: quamquam in alijs legatur, Sdmyrnei. Roma, in eade D. Clementis, ad Forum Iudeorum. Malphia.

INTERPVNGENDI RATIO.

ALDV S MANVTIVS
PAVLI F.

FRANCISCO MORANDO
S. P. D.

INTERPVNGENDI RATIONEM ad Orthographiam pertinere, iudicas FRANCISCE MORANDE; ideo hanc etiam partem, hortatu impulſi tuo, elaborabimus: de qua cum eruditos homines diſſentire conſtet, hoc ipſum argumentum eſt, huiuſce artis ac ſtudioſi ſcientiam non eſſe contemnendam. equidem uſu didici, obſcuras ſæpe ſententias, ſi rectè diſtinguantur, illuſtrari; contrà, diſtinctionis vitio, loca multa ita perturbari atque perverti, vix ut aliquando intelligi, aut ne intelligi quidem vnumquam poſſint. Quocirca hoc de genere aliquid præcipere operæ pretiū videtur. nec tamen reuſo, quin, meliora ſi quis attulerit, opinio noſtra corrigatur. Et ut ab infimis ad ſumma, quaſi per gradus, adſcendamus:

INTER

H ;

PRIMUM

PRIMUM illud sciendum est, minimam esse distinctionem auersum semicirculum, qui hoc modo designatur, quam alij Virgulam, alij Comma, non nulli Semipunctum appellant: ea verò non integram sententiam, nec sententia partes terminat, sed nomina, et verba distinguit, quæ modo aliquid differant: ut cum dicimus, Vir probus, & eruditus: aut, Grauitas studio, contentione; & in similibus. seruit etiam verbis, non eadem significantibus, hoc modo: Horti, orare, monere. sed quædam virtutes, vsu nimium, delabuntur in vitium. Sic animaduerti, si omnium verbis, varia significantibus, hæc apponatur nota, tum modo non explicari sententiam, sed etiam impediunt, ut si velis, quot verba sint, totidem distinguendi nota apponere, quia non eadem verborum omnium significatio videatur, quod interdum accidit.

EADEM nota, si cum unico puncto coniungatur, ut hæc, aliter usurpatur. modo enim distinguit contraria nomina, hoc modo: Publica, priuata; sacra, profana; tua, aliena. quo in exemplo satis constat, nec unicum sufficere semicirculum, & ea nota qua gemino puncto describitur sic: nimium sententiam retardat, interdum etiam locum habet in ijs locis, vbi contraria nomina sunt, sed sententia ita variatur verba, ut si semicirculum apponas, parum sit; si gemina puncta, nimium. uti exemplo cogitabam: sed effluuium exemplum satis apertum sensi, in proxima superiore sententia. cuius generis occurrunt plurima antiquorum libris. quamquam cur parcam operam cum præsertim inter omnes notas hanc, de qua loquimur, esse omnium difficillimam intelligam, exempla igitur hæc erunt: Ratio docet, si aduersa

tuna sit, nimium dolendum non esse; si secunda, moderatè lætandum. nam, si post illud, Non esse, addas semicirculum, quasi præcipiti cursu sententia feretur: quæ tamen cum bipartita sit, post priorem partem omnino debet parumper consistere. si verò bina puncta in eo loco malis adiungere, tantam separationem sententia non feret: cuius posterior pars à priore pendet: quandoquidem verbum Docet, utramque sententia partem æquè regit. Simile hoc est: Tu, quid diuitiæ valeant, libenter spectas; quid virtus, non item. Utamur etiam longiore ambitu, ut ostendamus, quid inter bina puncta, & punctum semicirculo impositum intersit. ad Torquatum ita scripsit Cicero: Et si ea perturbatio est omnium rerum, ut suæ quemque fortunæ maximè pœniteat, nemoque sit quin vbiuis, quàm ibi, vbi est, esse malit: tamen mihi dubium non est, quin hoc tempore, bono viro, Romæ esse, miserrimum sit.

SEQVITVR geminatio puncti: cuius ea vis est, ut quasi medium locum obtineat inter punctum semicirculo iunctum, & unicum punctum. nam bina puncta si cum puncto & semicirculo comparantur, plus ad sententiam disiungendam valent; si cum unico puncto, minus. omnino autem usurpantur, cum sententia vel duas, vel plures, habet partes, quæ suis singule verbis reguntur, per se consistunt, absolutæq. sunt: ut, quemadmodum ex integris membris fit integrum corpus, item ex integris partibus sententia consistat vniuersa. Exemplum hoc erit, ex eadem Ciceronis Epistola:
Et si

Etſi quocumque in loco quiſque eſt, idem eſt ſenſus, & eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarum & ſuarum: tamen oculi augent dolorem, qui ea quæ ceteri audiunt, intueri coguntur, ne auertere à miſerijs cogitationem ſinunt. *Interdum autem ita longè progreditur ſententia, ut non tantum loco, ſed iterum, & ſæpius gemino puncto diſtinguenda videatur; præſertim cum integras habeat partes, in quibus non modo ſemicirculus, ſed nec punctum cum ſemicirculo ſufficiat.*

RESTAT unicum punctum, quo ſententia concluditur ac terminatur, nec difficilem cognitionem habet. quæ enim non videt, quo verbo ſententia finiatur? quamquam ubi concifa ſententia eſt, & concifa item aliter ſubſequitur, gemino puncto ego quidem utor liberius, quam unico. ut in hoc exemplo: Hoſpitiæ mihi para: cras enim adero. & in hoc: De meis tibi nihil mando: tu, quid agendum ſit, indicabis. Illud etiam à propoſita narratione non alienè videtur, poſt unicum punctum ſi ſequatur ſententia ſuperiori non diſſimilis, primum verbum litterarum maiuſcula incipere; ſi verò diſſimilis, maiuſcula, quæ non ſolum diſſimilis ſententia, ſed omnino diſſimilis, quatur argumentum; tunc ea quæ ſequuntur, non ſolum unico puncto, & littera maiuſcula, ſed etiam quo intervallo, ſciungenda ſunt, ut appareat diuiniſſimæ materie principium eſſe.

INTERROGANDI nota quem ſibi locum poſtulet, verbum ipſum ſignificat, in dolore autem, & in admiratione ſi quis unico puncto, non interrogandi nota, ut meo iudicio rectè faciet. ut in hoc exemplo: Quam calamitas impendet reip. & in hoc: Quantas

tates humano generi philoſophia peperit. *Interdum, licet manifeſta interrogatio ſit, interrogandi tamen nota non utimur, ut cum ſententia uſque co-ducitur, ut illa interrogandi vis, quæ primis verbis agnoſcebatur, longiore paulatim ſpatio deminuta, euaneſcat. probetur exemplo: An tu putas eſſe bonos viros, qui amicitias utilitate ſua colunt, nihil ad humanitatem, nihil ad honeſtum referunt; nec libenter ea curant quæ ego niſi curarem præter cetera, prorfus me tua beneuolentia, in qua magnâ felicitatis meæ partem ſoleo ponere, indignum putarem.*

DE PARENTHESI pauca dicam. vnum hoc tacere non poſſum, ineptè facere, qui hæc parentheſi includunt. Ut puto, Ut res indicat, Ut à maioribus accepimus. Quod equidem facilè intellexerim, & ſimilia. quæ ſi ſemicirculo diſtinguantur, aut ſaltem puncto & ſemicirculo; ſatis erit. Parentheſi includi oportet ea quæ nec ſententiæ partes ſunt, nec ab ullo aut antecedente, aut ſubſequenti verbo reguntur: nec, ſi abſint, detrimenti quidquam patitur ſententia.

DE ACCENTIBVS non ſunt iteranda quæ iam diximus in littera A.

NE ILLVD quidem negligemus, ut, quantum in nobis eſt, ſtudioſis Orthographiæ conſulatur. animaduerti multos errare in diuidendis verbis: quod in anguſtis librorum impreſſorum paginis fieri neceſſe eſt. Sed hæc in ſimplicibus verbis aperta cognitio eſt: niſi ſi quis ita hebeti ingenio eſt, ut ſyllabas ipſas non internofcat. in compoſitis autem plus requiritur induſtriæ. quo de genere nihil poſſum præcipere, ſi, unde compoſita verba ſint,

sunt, ignoretur. quòd si compositionis origo pateat, diuisio syllabarum patebit. addam tamen exemplum. Exsules si diuidendū sit, numquam ita diuidam, x sūles. cum enim Exsul, quasi Extra solum, dicatur, quis non intelligit, primam syllabam, Ex, non Exciendā esse. Sic Specto duabus syllabis ita diuidendo, non Spec to. id cognoscitur in verbo primitiuo, a cuius supino derivatum est Specto. Item, Disstringo multi prauè diuidunt, Dis tringo; cum sit diuidendum hoc modo, Di stringo; siquidem à Di & stringo manifestè componitur. Huiusmodi sunt innumabilia: quorum syllabas non inscienter separabit, quæ compositionis originem animum referet.

S V M P T A

EX PAULLI PATRI
COMMENTARIO.IN EPISTOLAS CICERONIS
FAMILIARES.

EPISTOLARVM LIB. II.

VETERES Numerorum notas variarunt, primum quinto loco, deinde decimo, mox quinquagesimo, tum centesimo, eodem in reliquis ordine conseruato, mutato numeri signo, quod numerus à quinario ad duplum, & à duplo rursus ad quinarium peruenisset. Prima nota **I**, vnus, vsq; ad quattuor iterata. Secunda nota **V**, quinque, in quinario primum numero variata. Tertia, **X**, decem, in duplo quinario, vt ibi dicitur.

dixi, mutationem recipiens. Quarta, **L**, quinquaginta, aucto post tertiam notam, id est post **X**, in quincuplum numero. Quinta, **C**, centum, duplicato quinquagenario. Sexta, **CC**, quingenta, & hic quincupli ratione seruata.

Septima, **CXX**, mille, habita dupli ratione.

Octaua mutatio fuit, cum ad quinque millia peruenissent. nam, ne toties iterarent, **CXX** his notis vsi sunt, **ICXX**, quinque millia. Nona mutatio à quincuplo in duplum, recepit has notas, **CCICXX**, decem millia. Decima, à duplo in quincuplum, **ICCCXX**, quinquaginta millia.

Vndecima, & vltima, à quincuplo in duplum **CCCCICXX**, centum millia.

Nec vltra notarum mutatio progressa est. Ita sunt omnino vndecim variaz, deinceps à nobis demonstrataz, tamen iterandaz.

I, vnus

V, quinque

X, decem

L, quinquaginta

C, centum

CC, quingenta

CXX, mille.

ICXX, quinque millia.

CCICXX, decem millia

ICCCXX, quinquaginta millia.

CCCCICXX, centum millia.

Quam cognitionem legentibus non iniucundum fore, sum arbitratus.

Hoc etiam adiungam, à primo nota I, ceteras omnes fluxisse. nam V, duæ primæ notæ sunt, in inferiori parte coniunctæ.

Item X est quinarij numeri nota duplicata; cum duæ V in acuto angulo coniungantur. At L quid est, et prima illa nota I recta & altera prostrata, summi iunctæ? quod si addideris in summa parte aliam primam notam, item prostratam, fiet centum. nota enim prisca temporibus, pro Centum, scribebatur C, quod ad ætatem nostram permansit: sed [] erant tres primæ notæ consociatæ, vna recta, altera prostrata cum recta coniunctæ, vna in superiori parte, altera in inferiore. Quingenta verò fecerunt, addita ad tres notas, quas proximè nominavi, quarta recta, cum duabus prostratis coniunctis hoc modo []. qua figura duplicata, fecerunt Mille, hoc modo []. vnde postea, librariorum arbitrio variæ notæ, quæ, Mille, significarent, factæ sunt: quarum nonnullas ostendemus. nam ex his fieri cœptum est ∞, & ω, & CIJ, & CIJ; vnde M deriuatum, quo pro Mille hodie quoque vtitur: cum olim nota fuerit, non littera.

V E T V S
K A L E N D A R I V M
R O M A N V M E T M A R -
M O R E D E S C R I P T V M,

In Ædibus Massiorum.

A D A G R I P P I N A M.

In tabula marmorea, supernè fracta.

K. IAN. F
 BF
 CC
 DC
 ENON. F
 FF
 GC
 HC
 AAGON
 BEN
 CCAR. NP
 DC
 EEID. NP
 FEN DIES. VITIOS.
 GCAR EX. S. C.
 HC
 AC
 BC
 CC
 DC
 EC
 FC
 GC
 HC
 AC
 BC
 CC
 DC
 E
 FN
 GC
 XXXI

H. K. FEB. N
 AN
 BN
 CN
 DNON
 EN
 FN
 GN
 HN
 AN
 BN
 CN
 DEID. NP
 EN
 FLVPER. NP.
 GEN
 HQVIR. NP
 AC
 BC
 CC
 DFERAL. F
 EC
 FTER. NP
 GREGIF. N
 HC
 AEN
 BEQ. NP
 CC
 XXIIX

D. K. MAR. NP.
 EC
 FC
 GF
 HC
 ANP HOC. DIE. CÆSAR
PONTIF. MAX. IM. FACT.
 BNON. F (EST)
 CF
 DC
 EC
 FC
 GC
 HEN
 AEQ. NP
 BEID. NP
 CF
 DLIB. NP
 EC
 FQVIN. N
 GC
 HC
 AN
 BTVBIL. NP
 CQ. REX. C. F
 DC
 EC
 FNP HOC. DIE. CÆSAR
ALEXAND. RECEPIT
 GC
 HC
 AC
 BC
 XXXI

131
 C. K. APR. N
 DC
 EC
 FCLVDI
MATRI. MAG.
 GNON. LVD
 HNP LVDI
 ANLVDI
 BN LVDI
 CN LVDI
 DN LVD. IN. CIRC.
 EN
 FN LVDI CERERI
 GEID. NP LVDI
 HN LVDI
 AFORD. NP LVD
 BN LVDI
 CN LVDI
 DN LVDI
 FCER. N. LVD
IN. CIRC
 FN
 GPAR. NP
 HN
 AVIN
 BC
 CROB. NP
 DF
 EC
 FNP LVD. FLOR
 GC LVDI
 HC LVDI
 XXX

A. K. MAL. N.
 BF COMP.
 CC
 DC
 EC
 FC
 GNON N
 HF
 ALEM. N
 BC
 CLEM. N.
 DNP LVD. MART.
 IN. CIRC.
 ELEM. N
 FC.
 GEID. NP
 HF
 AC
 BC
 CC
 DC
 EAGON. NP
 FN
 GTVB. NP
 HQ. REX. C. F
 AC
 BC
 CC
 DC
 EC
 FC
 GC
 XXXI.

H.K.IVN. N
 AF MART. CAR. MO
 NET
 BC
 CC
 DNON
 EN
 FN
 GMENTI. IN. CA
 PIT
 HVEST. NF. PR.
 AN
 B MATR. N.
 CN
 DEID. N.
 EN
 FQ. s T. DF
 GC
 HC
 AC
 BC
 CC
 DC
 EC
 FC
 GC
 HC
 AC
 BC
 CC
 DF
 EC
 XXX

F. K. IVL. N
 GN
 HN
 ANP
 B. POPLIF. NP.
 CN LVDI APOLLIN
 DNON. N LVDI
 EN LVDI
 FN LVDI
 GCLVDI
 HCLVDI
 ANP LVDI
 BCLVD. IN. CIR.
 CCMERK.
 DEID. NPMERK
 EFMERK.
 FCMERK.
 GCMERK
 HLVCAR. NPMERK.
 ACLVD. VICT. CÆ-
 SAR.
 BLVCAR. LVD
 CCLVDI
 DNEPT. LVDI
 ENLVDI
 FFVRR. NP LVDI
 GCLVDI
 HCINCIRC.
 ACINCIRC.
 BCINCIRC.
 CCINCIRC.
 DC
 XXXI

EK. AVG. N
 FC FER. HOC. DIE.
 C. CÆSAR. HISP. VICIT
 GC
 HC
 ANON. F.
 BF
 CC
 DC
 ENP HOC. DIE CÆSAR
 HISPALIN. VIC.
 FC
 GC
 HC
 AEID. NP.
 BF
 CC
 DC
 EPORT. NP.
 FC
 GVIN. F. P.
 HC
 ACONS. NP
 BEN
 CVOLC. NP
 DC
 EOPIE. NP
 FC
 GVOLT. NP
 HNP H. D. ARA VICTO-
 RIÆ IN. CVRIA
 DEDIC. EST
 AF
 BF
 CC
 XXX

D. K. SEPT. N

HOC. DIE. FER. NEP.

EN

FNP

GCLVDI.ROMANI

HNON. F.LVD

AFLVDI

BCLVDI

CCLVDI

DCLVDI

ECLVDI

FCLVDI

GNLVDI

HEID. NP

A F. F. EQVOR. PROB.

B LVD. ROM.

IN. CIRC.

CC IN CIRC.

DC IN CIRC.

EC IN CIRC.

FC IN CIRC.

GCMERK.

HCMERK.

ACMERK.

B NP MER. H. D.

CC AVGVSTI. NATALIS

LVD. CIRC.

DC

EC

FC

GC

HF

AC

XXX

B. K. OCT. N

CF

DC

EC

FC

GC

HNON. F

AF

BC

CC

DMEDI TR.

E AVGVST. NP

FFONT. NP

GEN

HEID. NP

AF

BC

CC

D ARM. NP

EC

FC

GC

HC

AC

BC

CC

DCLVD VICT.

ECLVDI

FCLVDI

GCLVDI

HCLVDI

XXXI

A. K. NOVEMB. N

B

C

D

ENON. F

FFLVDI

GCLVDI

HCLVDI

ACLVDI

BCLVDI

CCLVDI

DCLVDI

EID. NP EPVL.

INDICT.

FF EQVOR. PROB.

GCLVD. PLEB. IN

CIRC.

HC IN CIRC.

AC IN CIRC.

BCMERK.

CCMERK.

DCMERK.

EC

FC

GC

HC

AC

BC

CC

DC

EF

FC

XXX

G. K. DEC. N

H

A

B

C NON. F

D

EC

FC

GC

HC

A AGON.

BEN

CEID. NP

DF

ECONS. NP

FC

GSAT.

FERIÆ

SATVRN.

HC

AOPAL. NP

BC

CDIV. NP

DC

ELAR. NP

FC

GC

HC

AC

BC

CF

DF

EC

XXXI

PAVLLI MANVTII
 PATRIS,
 DE VETERVM DIERV
 RATIONE.

SI DVODierum in genera distribui Annum oporteat, multifariam recte dividitur, vt sic; Annum constat ex Diebus vel Fastis, vel Nefastis: aut sic; ex Diebus vel Festis, vel Profestis: aut sic, ex Diebus Senatorijs, vel non Senatorijs: aut sic; ex Diebus Comitilibus, vel non Comitilibus. harum enim quatuor divisionum, si separatim singule considerentur, primum Annum qualibet complectitur. Nos autem, cum de Diebus ea que scitu digna censuimus, quaeq; ad Romanae historiae notitiam valde pertinent, breuiter ostendere instituerimus; ex his divisionibus vt emur ea in qua quae maior pars est (duas enim partes habent singule) ea, cum ea parte, quae in alijs divisionibus maior est, comparata, uberior aliquanto esse cognoscitur. incipimus igitur a nominibus in prima divisione Fastis, & Nefastis: quandoquidem Fasti, quae duae primae divisionis partium plenior est, plures in Annum sunt, quam quaecumq; pars in tribus reliquis divisionibus latius patet: hoc est, quam vel Profesti, vel non Senatorij, vel non Comitiales. quod si quis opponat, in Calendario plures notatos esse dies littera C, quam littera F, unde plures significatur Dies Comitiales, quam Fasti; itaq; non recte me a Fastis, vt a pleniore parte exordiri: sciat, non a me Fastos modo vocari quos notatos littera F videmus, sed omnes plane quibus facta tria verba, Do, Dico, Addico, Pratori licebat; quorum

de numero Comitiales erant & ij quos in Calendario haec littera demonstrant E.N.NP.Q.REX.C.Q.S.T.D.F.P. quibus omnibus cum fari liceret; etiam si non id semper fieret; quia de causa notati sunt alijs litteris potius, quam F; vt indicetur, praeter Fari aliquid etiam fieri licuisse: non absurde mihi facere videor, si ad Fastos, littera F notatos, qui quidem vere Fasti dici possunt, quod ijs aliud prorsus nihil fiebat, quo Prator a iure dicendo impediretur, eos quoq; dies a gregorio, quibus Fari semper quidem licebat, non tamen, quod liceret, fieri semper solebat. vt omnino tria essent genera, quibus de singulis agetur suo loco; primum Fasti ij, quibus fari semper & liceret, & soleret; qui notantur littera F, suntq; omnes xxx. iix. hi & proprie erant Fasti, & reti: proprie quod per eos nisi cum aliquis casus extra ordinem interueniret, numquam Pretorius non dicebat; toti, quod, Fari, horis omnibus liceret. Alterum genus est; Fasti ij, qui & ipsi proprie Fasti erant: sed non toti; quod ijs quidem omnibus Fari, non tamen horis omnibus, liceret. erant autem hi, E.N.NP.F.P. E.N.Q.REX.C.Q.S.T.D. quas litteras infra explanabimus. atq; hi erant omnes lxxv. Tertium genus Comitiales fuisse, casu Fasti, non proprie; quia, cum Comititia non haberetur; tunc fari solum Praeter solebat: hi modo toti erant Fasti, cum nulla scilicet Comititia haberetur; modo ex parte, cum haberetur illa quidem, sed minime per totum diem. hi clxxxiv. erant. Nos igitur Fastos omnes vocamus; quibus scilicet Fari liceret, siue Fasti proprie, siue non proprie, essent. itaq; ab his profecti, paulatim progrediemur diuidendo, vt, qui nobis propositus est huius narrationis finis, ce perueniamus. Omnes dies aut Fasti sunt, aut Nefasti: & Fasti, partim Festi, partim Profesti:

Festos plerosq. partim Fastos, partim Nefastos, se; ut Quirinalia, Lupercalia, Terminalia, ex Kalendario cognoscitur, quibus enim Festis diebus adferuntur est NP, y sunt Nefasti simul, & Fasti; Nefasti, parte; Fasti, posteriore. Dies Feralia adscripta habentur. F. qui festus proprie non fuit, sed gestande ad mortuam cenam dicatus dies. quod quia non hora statuta fiebat, ut cuiq. commodum erat; ideo totus dies potuit esse Festus. propterea, ut opinor, littera F notabatur. Porro diebus, non dubito, quin omnibus haberi Senatui liceret. cuius rei exempla sunt in Antiquorum libris admodum multa. quamquam sollempne hoc non erat semper diebus Festis Senatus haberetur; sed legitur ut haberi posset. sollempne autem illud, ac statum, ex parte maiorum, ut Kalendis, Nonis, Idibus, haberetur itaq. in Kalendario neq. Kalendis, neq. Nonis, neq. Idibus littera C, qua Comitiales dies significabat, quos haberi Senatus non poterat, neq. diebus omnibus ullis Festis adhaeret. Profesti dies aut Fasti erant, Nefasti. & omnibus Profestis Nefastis haberi Senatui licebat; Profestis autem Fastis non plane omnibus sed iis tantum qui Comitiales non essent. quibus autem Profestis haberi Senatus poterat, iis omnino agendum populo non poterat. contra, quibus Profestis haberi Senatui non licebat, iis agi quidem cum Populo licebat, tamen semper agebatur: cum ea res ex eorum voluntate penderet, penes quos Populi cogendi potestas esset non enim, quod licet, id etiam necesse est. Quod antea dixi, Comitiales haberi Senatum non licuisse; delectant illa verba in epistola Ciceronis ad fratrem, tertia est, lib. 1. Consecuti sunt dies Comitiales, quos Senatus haberi non poterat. & illa in S. C. quae

Cicero

Caelius ad Ciceronem misit, Ep. fam. lib. iix. Utique eius rei causa per dies Comitiales Senatum haberent, S. Q. C. facerent. Quibus verbis, quod extra ordinem a Senatu co S. C. decretum est, id omnino fieri solitum non esse, dilucide constat. ita Senatus Fastis quibusdam haberi poterat, quibusdam non poterat: si quidem Comitiales inter Fastos iam retulimus. Nefastis autem haberi omnibus potuisse, iam diximus. Sanè qui me torqueat, nodus est, mihi quidem perdifficilis, in epistola ad Atticum lib. 1. in qua cum dixisset iam, Nam cum dies venisset rogationi ex S. C. ferende; paucis post versibus subiunxit, Senatus vocatur. quod certe mos maiorum minus ferre videbatur. nam si rogationi ferenda dies est, certe Comitialis est: quod si Comitialis, haberi Senatum non licet: cuius rei testimonio sunt ea quae paullo ante recitauimus, & ex epistola ad fratrem verba Ciceronis, & de S. C. nisi si factum id extra ordinem dicamus; ut Pisonis Consulis iniquissimis conatibus obuiam iretur: qui cum esset lator rogationis & eius rogationis quam ex S. C. & de religione ferebat; idem tamen erat dissuasor. Comitiorum magnus erat numerus: eosque fuisse dies Fastos, quod supra dixi, ita existimo, ut mihi videar affirmare posse. non enim inani quadam coniectura, sed certa in primis, ut puto, ratione commoueor. nam in Orationibus Ciceronis in Pisonem, de Provinciis consularibus, pro Sextio, mentionem video fieri ea de lege qua P. Clodius Tribunus pl. sanxit, ut omnibus diebus Fastis agi cum Populo liceret. quo fit apertum, Fastis quibusdam non id licuisse, quod ut omnibus liceret, lege Clodia sancitum est. quam tamen legem non fuisse obseruatam, demon-

demonstratū est à nobis in libro De legibus Romanis. Nec verò mirari satis possum; cum, Fastos alio fuisse Comitiales, pateat; qui venerit in mentem Macrobio Fastis, dicere, Lege agi licuisse, cum populo non licuisse; Comitialibus autem utrumque licuisse. quorum alterum verè dictum constat, Comitialibus, inquam, & lege agi, & cum Populo licuisse. quia scilicet Comitiales erant de numero Fastorum itaque & illud, omnium Fastorum commune habere, ut lege agi posset; & hoc præter ea proprium, ut etiam cum Populo posset: Alterum autem de Fastis dictum, quibus ait lege agi licuisse, cum populo non licuisse, prima parte verum esse video; in secunda qui possunt esse falsum, haud facile reperio. qui enim Fastus agi cum populo non licet, cum Comitiales omnes Fasti Comitialibus agi licuisse cum populo, iam ostendit, dixisset hoc modo: Fastis omnibus lege agi licet, cum populo non omnibus licet: nihil erat, quod reprehenderes: siquidem, quod docuimus, quibusdam Fastis cum populo poterat, quibusdam non poterat: quibus poterat, eos siquis Fastos, aut Fastos Comitiales diceret, non erraret, cum dies fuerit nullus Comitialis, quod idem & Fastus: sed Comitiales potius, quam Fasti, à reliquis Fastis proprio nomine distinguerentur; Comitiales item potius, quam Fasti Comitiales, iurisdictionis causa, vocabantur. Verum quia libenter, quantum in me est, Antiquitates soleo tueri; Macrobius, à quo multa didici, quasi gratia referenda loci ita conor excusare: ut cum Fastos nominavit, de istis tantum intellexerit qui Fasti vulgo dicebantur, non etiam de istis, qui etsi Fasti ipsi quoque erant, Comitiales tamen appellabatur. spectavit igitur non verbi vim, quæ

omnes, quibus Prætor tria verba dari posset, siue Comitiales essent, siue non, complectitur; sed consuetudinem loquendi; quod Fastos nominabant eos, quibus tantum lege agi posset; cum eos quibus cum populo posset, Comitiales præcipuo vocabulo mallēt appellare. Queritur hic fortasse: cum Comitiales omnes essent Fasti, usque & cum populo, & lege agi posset; cum populo, quia Comitiales; lege, quia Fasti, fieret ne simul utrumque. Negatur, nam, etsi licebat utrumque, eodē die, non tamen utrumque, poterat eodē tempore, cum enim Populus in Forum convenisset, quid iudicibus, aut litigantibus loci relinqueretur? porro, si vacaret locus, qui tamen posset Prætor, aut Iudices, in tanto strepitu, quantus coacti in unum locum multitudinis solet esse, eorum, qui causas agerent, orationes attentis auribus, animisque, ut par est, excipere sedata mente diligenter aliquid considerantibus opus est: itaque absurdum est, credere, potuisse eodem tempore & cum populo agi, & iudicij operam dari: sicuti Fastis istis, qui Comitiales non erant, eodem quidem die, non tamen eodem tempore, & lege actum, & Senatuum esse habitum invenio; sic, ut lege ageretur primum, deinde Senatus haberetur: quod cum ex alijs locis, tum ex III. & XII. epistola libri II. ad Quintum fratrem intelligitur. Ergo, cum omnes Comitiales essent Fasti, non quia semper lege ageretur; sed quia semper liceret, si modo cum populo non ageretur; (nec enim utrumque simul fieri, iam diximus) ita concludemus: Fastos, littera F in Calendario notatos, iurisdictione omnes habuisse, Fastis, littera C notatis, & ius dici & agi cum populo eodem die, non eodem tamen tempore, potuisse: idcirco Fastos eos quoque fuisse dico, non ex eo, quod fieret, sed ex eo quod liceret. Hæc de Fastis: super-

sunt

sunt Nefasti. His omnino neq. lege agi, neq. cū Populo licebat. cū enim opponātur Fastis, quorū è numero Comitiales; eo iure, quod omnes Fasti, siue Comitiales siue nō Comitiales, habent, prorsus careant necessesse est.

„ Festus etiā sic: Die nefasto apud Pratorē lege agere religiosum erat. Caussas tamen agi, & Concione haberi, & Legē promulgari, licebat. nā neq. Caussas agi, neq. Legē agi, neq. Concione haberi, aut Legē promulgari est cū Populo agi. qua probare singula magni negotii nō est. Agitur lege, cū Prator tria verba fatur, Do, Dicō, Addico: qui est vltimus iudicij dies: cū verō canendi audiendis Prator operā dat, Lege tunc nō agitur. quare Fastos esse necesse non est omnes dies quibus auctoritas reo, aut contravenū dicitur: sed Fastum eum quibus esse necesse est, quo Prator, aut qui iudicio praestit, in consilio Iudicij sententiam ferre debet. itaq. in epistola III. libri II. ad Quintiū fratrem, Ad III. Idus, inquit dixi pro Bestia, de Ambitu, apud Pratorē Cn. Domitium. Quem tamen diē (est autem III. Idus Februarij) Fastum non fuisse, Kalendarium indicat, notat enim, vt Nefastus littera N, nec omnino de octo diebus qui ab Idibus appellātur, mense Februario Fastus nullus fuit, vltimo tantū die, hoc est Idibus ipsis, exceptis qui Nefastus priore, Fastus posteriore parte fuit. notatur enim sic, NP. conciones licet ad Populū haberentur, non tamen Comitiales tantū die, sed & Fasto, Comitiales non esset, & Nefasto pariter haberi poterāt. nolo enim quēquā in eo falli, quia fortasse, Agitur Populū, & Agitur cū Populo, idē esse videatur: quae diuersae sunt. nā Agebatur ad Populū, cum ad Populū concionem aliquis habebat, vt Gellius docet lib. III. c. v. Agebatur autem cum Populo, vt ait Festus, cum

Magistratus ad consilium aut Comititia vocabat. quod fieri Comitiali dumtaxat die licebat. Concionari autē omnibus aequē diebus licuisse, exempla demonstrant. itaq. quoties aliquod S. C. erat factum, dimisso Senatu, & S. C. ad Populum recitato, magistratus aliquis, aut etiam priuatus Senator, concione ei a magistratus data, ad Populum verba faciebat; nec tamen is erat dies Comitialis: nam Comitilibus fieri S. C. aut omnino Senatum haberi non potuisse, demonstratum est. & Festus hac aperte distinguit, cum ait, Forum est, in quo iudicia fieri, cum Populo agi, Conciones haberi, soleant. Quo die igitur Agitur cum Populo, eodē Agitur apud Populum licebat: quo autem Agitur apud Populum, eodem Agitur cum Populo, non semper licebat. Exempla sibi quisque notet in legendo; quod facillimum est: sunt enim infinita. itaque puto me facere non inepte, quod ijs recitandis quae passim exstant, conterendum mihi tempus esse non existimem. Illud addendum vnum videtur: Cum aduocabatur Concio, vt Populus aliquid suffragijs, rogante Magistratu, scisceret; tunc actum esse cum Populo, non ad Populum: cum verō Magistratus, aut etiam priuatus aliquis, Magistratu ei concionem dante, ad Populum verba faciebat, non vt suffragia deinde ferrentur, sed vt aliquid exponeretur; tunc non cum Populo, sed ad Populum actum esse. Aliud est igitur, Habere concionem: aliud Aduocare concionem. Habere concionem, est Agere ad populum: Aduocare concionem, si aduocatur vt suffragia ferantur, est Agere cum populo. ideo scripta sunt haec apud Macrobiū lib. I. Sat. Julius Caesar Auspiciorum lib. XVI. negat, Nundinis Concionem aduocari

22 uocari posse, id est, Cum populo agi, id est, que Nundina
 23 Romanorum haberi Comititia non posse. Addita
 sunt illa verba, id est, Cum populo agi, quia non so-
 per, Concione aduocata, cum Populo agebatur, sed
 terdum ad populum dumtaxat. Nundinis autem
 Populo quidem agere non licuit, ex quo sequebatur,
 Comititia haberi non possent: ad Populum autem agi
 hoc est concionem habere, certè licuit: non enim ad-
 satur illud quod à Cicerone scriptum est, lib. IV. ad
 titicum: Ante diem x. Kal. Nundina: Concio
 nulla. Quibus verbis, id quod factum non est, non
 quod non licuit, ostenditur. nam, cum haberi Nundina
 Comititia non possent, quod non ex Macrobio tanto
 24 verum etiam ex Plinio lib. XIII. cap. III. cognoscitur
 25 propterea ne concionandum quidem P. Clodius, &
 26 pius, Metellus putauerunt; qui proximis diebus, Co-
 mitiorum causa, Conciones habuerant. Superius
 lege promulganda. id enim de tribus, que propo-
 27 nis, erat tertium. Ferenda legis, & Promulganda
 eadem ratio fuit. Ferrebat die tantum Comititia
 Promulgabatur etiam non Comititali. sine Fastis,
 Nefastus esset. itaque C. Cato Tribunus pl. roga-
 nem de abrogando Lentulo imperio, die non Comi-
 28 ti, promulgauit. cū enim & post 14. Nonas Febru-
 & ante 11. Idus eiusdem mensis promulgauerit: quod
 ex epistola III. libri II. ad fratrem colligitur: Co-
 29 mitali die promulgare non potuit, ac ne Fasto quidem
 30 primi enim duodecim Februarij dies Nefasti
 fuerunt. Haberi autem Senatuum per Nefastos om-
 31 nino licebat: nec per omnes tamen, sed tantum, cum re-
 32 stularet, habebatur, eorum Magistratum, quibus
 iuris erat, arbitrato. ita Senatus in hoc prestare Pe-

lo videbatur: quod agi cum populo per unum modo die-
 rum genus, hoc est, per Comitiales, que Fastorum pars
 erat: haberi autem Senatuum per duo genera, hoc est, &
 per Fastos eos, qui Comitiales non essent, & per Ne-
 fastos omnes, licebat. Erant præterea Dies aliquot
 promiscui; quibus totis lege agi, neque omnino licebat,
 neque omnino non licebat; sed partim Fasti erant, par-
 tim Nefasti. horum tria erant genera: alij, prima &
 postrema diei parte, Nefasti, media Fasti; qui dice-
 bantur Intercisi; & in Calendario his diebus litteris
 notantur, EN: quod est Endotercisi, pro Intercisi. Ve-
 29 teres enim Endo pro In usurpabant. itaque dixit Cice-
 30 ro lib. II. de legibus: Quos endo celum merita voca-
 31 uerint. Et Festus notat, Endotium, pro, initium. Varro
 32 autem lib. III. de re Rust. Endo suam domum. Alij prio-
 re parte Nefasti, posteriore Fasti: qui notantur ipsi
 quoque duabus litteris, NP, sed coniunctis, hoc modo
 NP: quod valet, Nefastus primo, cuiusmodi fuisse
 dies ferè omnes Festos, inspecto Calendario, cognosci-
 tur. Nonnulli, priori parte Fasti, posteriore Nefasti:
 qui notantur sic, F. P. quod, Fastus primo, significat.
 quo ex genere videmus in Calendario Vinalia fuisse.
 Dies eos, qui priore parte aut Fasti erant, aut Nefa-
 sti, de Veteribus, quod meminerim, nemo nominat. de
 Fastis autem media diei parte, hoc est de Intercisis, Var-
 33 ro sic lib. V. de lingua Lat. Intercisi dies sunt, per quos
 34 mane & vesperi est Nefas medio tempore, inter ho-
 35 stiam casam, & extra porrecta fas: a quo, quod fas
 36 tum intercedit, Intercisi dies; aut quod Intercisum ne-
 37 fas. Patet iam, his litteris, que sunt in Calendario,
 F. N. C. F. P. NP. EN, sex dierum genera significari,
 Fastos, Nefastos, Comitiales, Fastos primo, Nefastos
 primo,

primò, *Intercisos*. Quòd si cui veniat in mentem, h
 duarũ litterarum cõnexionem N nõ significari, quòd
 diximus, *Nefastus* primo, sed potiùs, *Nefas* Prati
 huius opinionem argumentum primo è coniectura,
 ex ipsa potiùs, ut ego sentio, ratione ductum, deni
 etiã historia veteris infirmat auctoritas. argumẽtũ
 hoc: *Nemo*, cui pauciora sufficiunt, pluribus vtili
 quid opus erat, ut ij dies quibus adscriptum vi
 mus N, *Nefasti* esse indicarentur, duas potiùs liti
 ras, quàm unam, apponere? Cur NP. inquam, non
 presertim cum *Nefasti* dies omnes hac una littera
 notentur: sicuti & *Fasti*, eorum quasi aduersarij, et
 littera F demonstrantur. Age, dicat aliquis, leuiter
 esse, planèq. nugatoriũ argumentũ, quòd sanè mibi
 detur. contra, quid Ciceroni respõdebitur? mendacit
 & falsitatis, quasi testẽ corruptũ, aut inscientẽ, argu
 mus? nõ ita, ut opinor, quisquã desipiet. Sũt igitur
 in Epistola, *Risi*, Ciceronis verba, libro II. ad fratrem
 Cognosce nunc *Idus*. *Decimus* erat *Cælio* dies. *D*
 tius ad numerũ indices nõ habuit. Quibus verbis
 Idus Februarij, de quibus Cicero loquitur, *Fasti*
 parte diẽ fuisse satis constet, quandoquidẽ eo die
 tor *Domitius*, ut de reo cognosceret, sententiãq. re
 ret, in forũ descẽdit: sequitur, ut N, quòd *Idibus*
 niũ mensiũ, exceptis *Iunijs*, in *Kalendario* adscri
 viderentur, *Nefastus* dies omnino significari non pos
 Eodẽ in libro altera est Epistola, qua sic incipit, *S*
 rius noster absolutus est ad II. *Idus Mart.* qui dies
 die *Sextus* absolutus est, certè *Nefastus* planè nõ
 fuit autẽ cũ ei sit adiunctũ, priore quidẽ parte *N*
 stus, posteriore autẽ *Fasti*: sic uti & *Idus Febru*
 de quibus proximè diximus; & omnes dies quibus

Kal

Kalendario NP appositum animaduertimus. Aggre
 diamur nunc quando & de dierum ratione, & de lit
 teris, eos significantibus, satis multa, atque etiam, ut
 arbitramur, satis vera dicta; alias, quæ in *Kalendario*
 sunt, litteras, aut concisas, eoque obscuriores dictiones
 interpretari: ut quos *Antiquitas* capit, eorum com
 modo pro nõstra virili parte consulamus.

KALENDARI ROMANI EXPLANATIO.

F. *Fastus* dies.C. *Comitalis*.N. *Nefastus*.

I A N.

NON. *Nona*.AGON. *Agonalia*. *Onidius*.EN. *Endotercisus*; pro, *Intercisus*.CAR. *Carmentalia*: quòd *sacra tum*, & *feria*
Carmentis. *Varro*.EID. *Idus*.

F E B R.

LUPER. *Lupercalia*: quòd in *Lupercali* *Luperci*
sacra faciunt. *Varro*.QVIR. *Quirinalia*, à *Quirino*; quòd huic
Deo *feria*. ad *Q. fratrem* lib. 2.FERAL. *Feralia*, ab *inferis*, & *Feròdo*, quòd *ferũs*
tum *epulas* ad *sepulcrum*, quibus *ius* ibi *parentare*.TER. *Terminalia*: quòd *is* dies *anni* *extremus*
cõstitutus. *duodecimus* enim *mensis* fuit *Februarius*.

REGIF. *Regifugium. Ovidius. quamquã est inter Ovidium, & Kalendarium, de Die Regifugij controuersi, ille enim assignat ei Februarij diem XXIII, in Kalendario autem video ad XXIV. esse appositum. nec san- si modo Regifugij dies N fuit, uideatur esse potuisse XXIII, hoc est Terminalibus, qui NP dies fuit, alio- dies idem & NP & N fuisset.*

E Q. *Equiria. Varro, Festus, Ouidius.*

MART.

LIB. *Liberalia. Varro.*

QVIN. *Quinquatrus. Varro.*

TVBIL. *Tubilustrum: quod eo die in Arrio furo Sacrorum Tubulustrantur, Varro lib. v. Ouidius lib. 3. Fast. & Festus.*

Q. REX. C. F. *Quando Rex Comitauit, Fas. Varro, Festus.*

APRIL.

CIRC. *Circenses.*

FORD. *Fordicidia: à Fordis bubus. Bos fonda fert in ventre, quod ea die publicè immolantur boue pregnantes in Curijs. cõplures à Fordis ca dendis Fordicidia dicta. Varro libro v. Ouid. lib. 4.*

CER. *Cerialia. Varro.*

PAR. *Parilia à Pariedo, ut ait Victorinus alij, Palilia, à Pale, quod eo die FERIA ei dec sunt. Varro l. v. Ouid. lib. xv. Fast. Festus in verbo, Palest Parilibus. Tibull. eleg. 6. lib. 2. Propertius in 1. v.*

VIN. *Vinalia: à Vino. Varro.*

ROB. *Robigalia: dicta ab Robigo; secundum Festus. Varro.*

FLOR. *Floralia. Ouidius, Plinius.*

MAI.

COMP. *Compitalia.*

LEM. *Lemuria. Varro, Ouidius.*

LVD. MART. IN CIRC. *Ludi Marti in circo. Ouid.*

Q. REX. C. F. *Quando Rex comitiauit, fas.*

IVN.

MART. CAR. MONET. *Marti, Carna Dea, Moneta Innoni. Macrobius, Ouidius.*

IN CAPIT. *In Capitolio.*

VEST. N F. P. *Vesta, Nefas Pratori.*

MAT. *Matri Matuta, Ouidius.*

Q. S. T. D. F. *Quando stercus defertur. Varro, Festus, Ouidius.*

IVL.

POPLIF. *Poplifugium; pro, Populifudium.*

APOLLIN. *Apollinares.*

MERK. *Merkatus.*

VICT. CÆSAR. *Victoria Casaris.*

NEPT. *Neptunalia.*

FVR. *Furinalia.*

AVG.

FER. *Ferialia.*

HISP. VIC. *Hispaniam vicit.*

PORT. *Portunalia.*

VIN. F. P. *Vinalia. Fas Pratori. Varro, Plinius.*

CONS. *Consualia. Plutarchus.*

VOLC. *Volcanalia. Varro.*

OPIC. *Opiconsua. Varro.*

VOLT. *Volturnalia. Varro.*

H. D. ARA. VICTORIÆ. IN. CVRIA. DEDIC.
EST. *Hoc die Ara Victorie in curia dedicata est.*

S E P T.

FER. NEP. *Feria Neptuno.*

F. EQVOR. PROB. *Feria Equorum probandorum.*
Valerius Max. lib. II.

LVD. CIRC. *Ludi Circenses, in Augusti diem-
tali. Suetonius, Dio.*

O C T.

MEDITR. *Meditrinalia, à Meditrina Du-
Varro.*

AVGVST. *Augustalia.*

FONT. *Fontinalia. Varro.*

ARM. *Armilustrum. Varro.*

N O V.

EPVL. INDICT. *Epulum indictum.*

LVD. PLEB. IN. CIRC. *Ludi plebey, in Cir-
co. Suetonius.*

D E C.

AGON. *Agonalia.*

SAT. *Saturnalia. Macrobius.*

OPAL. *Opalia. Varro, Macrobius.*

DI V. *Divalia. Dine Angerone dies festus. In
dies à Varrone lib. v. de ling. Lat. appellatur Anger-
nalia, ab Angerona, cui sacrificiū fit in curia. Macro-
bius Saturn. I. XII. Kal. Jan. feria sunt dine Angerone,
cui Pontifices in sacello Voluptæ sacrum faciunt.*

LAR. *Larentinalia. Varro, Onidius, Plutarchus.*

D

DE VITIATA
V O C A L I V M

A C

DIPHTHONGORVM

P R O L A T I O N E.

ALDI PII MANVTII ROMANI

A V I

Πάρεργον.

HO c loco non videtur silentio prætereun-
dum, quod de Aī diphthongo hic scribit,
his verbis: Η' γὰρ θέσει μακρὰ ἐλάττων ἐστὶ τῆς φύσεε
μακρᾶς, ἐπεὶ καὶ Α τὸ φύσει μακρὸν μείζον ἐστὶ τῆς Α δι-
φθόγγῃ τῆς ἐχέουσιν τὸ ἰσηφωνόμενον. ὁ γὰρ τριῶν ἔργον
δύο πατιστῶν ἰσχυρότερός ἐστιν ἐκείνων. Quando-
quidē vel hinc colligi potest, ætate nostra, & ma-
iorū, ab hinc annos octingentos, ac plus eo, perpe-
ram diphthongos omnes & pronūciari, & pronū-
ciatas esse: præterquam Au & Eu apud Græcos;
nam apud nos & illas perperam. Si enim I in Aī
diphthōgo ἰσηφωνιῶν, vt suprà est scriptū, videlicet
A natura longū maius esse Aī diphthōgo, quæ I q̄
pronuncietur habeat, perperam, ac barbarè eam
nunc proferimus, cum E legimus: Nam & A &
I in ea sonum habere ssum debent confusum
in vnam syllabam, vt ab A incipias, & in I
desinas, quemadmodum in Au & Eu diphthon-
gis facimus. Præterea diphthongos omnes
K 4 proprias

proprias hoc modo pronuntiandū esse, patet ipse nomine. Diphthongus enim dicitur, quod dicitur φθόγγος, hoc est sonos & voces habeat. id quod Terentianus ait his Trochaicis:

Porro vocalem secuta, vim tenet vocalium

Et sonos virosque iungit: vnde Diphthongos eas

Græcie dicunt magistri, quod due iunctæ simul

Syllabam sonant in unam, viq. gemina prædite.

At si A; E; O; & E; I; & O; u, legas ut nunc barbarè legimus, non diphthongos sed monophthongos pronuntiãdo facies, cum sonum utriusque in diphthongo propria est vocalis, iungere debet in vnâ syllabam. Nam I in O; diphthongo proprie ἐκφωνούμενον dicitur à Grammaticis: contra ἀνεκφωνητόν in Diphthongo impropria. Atqui, si A; E; I; nat, nec A, nec I profertur. T etiam in O; diphthongo ἐκφωνούμενον, quemadmodum in Au & in I; diphthongis, esse debet, ut ab O paruo incipias, & desinas in T. Sonum autem O; diphthongi, id est V, ut nunc malè pronunciamus, T vocalis antiquissimos habuisse, existimo. Signum est quod nunc quoq;, quod Græci Δύο, nos Duo dicimus; & quod illi Μῦς, Θυλῆ, Ρωμυλος, Nos Sus, Mercurius, Thule, Romulus dicimus; & alia id genus sexcenta. Eodem modo H & Ω & E & O non rectè pronunciamus. Nam H & E proximum, ac parum eundem sonum habere debent, hoc est, E, ut H proferas clariùs & sub palato; E verò minore sonore gutture. Exempli gratia, ut H proferas vt E, Latine loquens, in dictione, *Debes*. E verò, vt E in dictionibus hisce vulgaribus, *Che dice*, *Che par mangia*, *Che vino bene*, cum barbarè loqueris,

nunc vulgus. Sic Ω magnum proferendum. ut in dictione *Bono* cum Latine nunc loquimur. Nam apud Antiquos nostros O breue, & O longum nõ eundem sonum habuisse, existimo; O verò paruū, ut O, in eadem dictione *Bono*; si, ut vulgus, dixeris, *E bono homo*, & *mio amico*. Siceas litteras pronuntiari debere, Terentianus præcipit, cum dicit:

Litteram namque E videmus esse ad h̄ta proximam,

Sicut O & Ω videntur esse vicine sibi.

Temporum momenta distant, non soni natiuitas.

H præterea nõ I, sed E longū, sonare debere, ostendit etiã Eustathius in Homerum, inquit: Βῆ μιμητόν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς. Id est: Βῆ βῆ φωνῆς προβάτων σημαντικόν. καὶ φέρεται παρ' Αἰλίου Διονυσίου χρεῖσις Κρατίνου τῆς αὐτῆς. ὁ δ' ἡλίθιος ὡς περ' προβάτων βῆ βῆ λέγων ἐαδίζει. Oues verò nõ Vi Vi, ut nunc βῆ βῆ barbarè pronunciamus, sed Be Be Balant; & est Balāt, pro, Belant, à Βη, mutatione H in A Doricè, ut *Μήτηρ*, mater. Vnde & id colligimus, & sic pronuntiandum, ut B apud nos profertur, non ut V Consonans, vel F digamma Æolicum. Alpha igitur, & Beta, & Græcis ipsis dicendum, ut nos dicimus; non Alpha, & Beta. id quod ex Hebræis acceptū est; qui, Aleph, & Beth, non Vith dicunt. Sed de his in Fragmentis nostris longè plura. Vbi etiam, Γ, Κ, Λ, Ν, sequente I, vel T, vel E; vel O; perperam à Græcis nunc pronuntiari, ostendimus, sicut apud nos, & diphthongos omnes, & C, & G, sequente I, vel E, & Ti, sequente vocali.

DE EPISTOLIS

COMMENTARIUS

ALDI MANVTII

PAVLLI F.

ALDI N.

Ad M. Antonium Muretum,

amicorum κορυφαίων.

EPISTOLARVM omnium quæ materia sit, quæ nos hortentur sæpè, interdum etiam impellat ad scribendum causæ, diu sæpè ac perattentè cogitavi. *artem enim quasi quandam, quæ viam ad inuentionem pateficeret, inuenire cupiebam.* Atq. in hoc meditandi finis cum occurrissent plurima, eaq. admodum diuersa; tanquam aliquando, inspecta rei cuiusq. natura atque vi, ad diu quaedam capita referri posse omnia visum est: quorum alterum Græcè ἠθικόν, alterum πραγµατικόν, vocatur; id est morale, & negotiale possumus appellare. omnium enim epistolarum argumenta vel à negotio, vel ab officio, tanquam à duobus fontibus, deducuntur. Negotiales, quæ res in statu sit, siue nostra, siue aliena, siue priuata, siue publica, significant; nec, si quæ sunt, in quibus aliquæ de re disputatur, ab hoc genere disiungo. nostrum enim negotium videtur esse, si vltro scribimus; aliorum, si rogati; quamquam disputationes remouet ab epistola scripti egregius Demetrius, at non Latini; nam Varro quædam res multas epistolis explicauit, vt Gellius, & Cassiodorus docent: & Valgius Rufus, vt idem Carisius ostendit, scripsit de rebus per epistolam quaesitis. Morales

cium potius quam negotium, continent. quod genus latè patet. hinc enim emergunt, quæcumque aut humanitatis, aut beneuolentiæ, aut alicuius omnino virtutis aliquam significationem habent; vt commendaticia, consolatoria, letitiam, aut dolorem indicantes, admonentes, hortantes, querentes, obiurgantes, gratias agentes, & vt summam complectar, quæ materiam a negotio non sumunt. Tertium quoddam genus, ex utroque mixtum, reperiri, non negauerim: sed hoc vt equaliter ex utroque constet, id est vt ea causæ quæ ad scribendum adduxere, graues æquè sint, nec morales negotialibus, aut negotiales moralibus vincantur, perquam rarò solet euenire. quod si morale, aut negotiale in epistola mixta excelleret; (quod autem, vt ea scriberetur, vehementius impulit, id dico excellere) quis dubitet, quin quæ res in ea plus habet ponderis, eadem ei nomen tribuat? Non enim in assignando genere vel partes numeranda sunt, vel longitudinis habenda ratio est: possunt esse plures morales partes, quam negotiales; aut si pauciores sint, vel vna esse longior, quam negotiales omnes; nec tamen ad morale genus epistola pertinebit. quo enim (vt iam dixi) præcipuè adducimur ad scribendum, id siue multis, siue paucis verbis exponatur, epistolas facit aut negotiales, aut morales. At morales quidem in simplici plerumq. versantur argumento; suisq. quasi finibus contentæ, negotialem materiam non attingunt; negotiales contra, non quia necesse sit, sed quia deceat, morale sæpè aliquid assumunt. Possum probare exemplis, possum auctoritate eorū qui de epistolis præcepta tradiderunt: sed ipsa quoq. in promptu ratio est. quis enim, cum scribit, quod vel sua vel eius ad quem scribit, interfit, aliquam rei perficien-

ficienda cupiditatem non exponit? quis ad ea quae res-
curam, & diligentiam non pollicetur? quis aut, confici-
negotio, non letatur, aut desperato, non dolet? quae in
grati animi humanitatis quidem semper signa sunt. Me-
neor etiam non leniter auctoritate Demetrii, scriptis
accurati in primis, & docti: Πλεῖστον, ait, ἐχέτω τὸ ἴδιον
ἢ ἐπιστολῆς. ὡς περ καὶ ὁ διάλογος: σχεδὸν γὰρ εἰκόνα ἐστὶν
τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς γράφει τὴν ἐπιστολὴν. Exempla verò
ecronis ad Lentulum scripta epistola suppeditant, ne-
griales enim omnes ferè sunt: & his tamen morales Cae-
sententias libenter admiscet, nimirum officij causa, quae
patriam opera, ac virtute Lentuli reuocatus, tanti be-
ficij memoriam, & remunerandi studium declaret, fa-
tasse etiam, ut ingenio valebat, ad officium arte adhibe-
nam, quia morales in primis ad conciliandam beneuol-
tiam idoneae sententiae sunt; iccirco, futurum intelligit
ut negotialem primae epistola partem, id est narrationem
Lentulus non admodum libenter legeret; quippe quae
uersa pene omnia, & inclinatum rem ostenderet, eam
lestiam morali principio leniendā putauit. ad leniendā
autem, sicetera deficient, ipsa tamen amoris & grati-
nimi significatio multum valet; & grata voluntas fac-
tate quadam eiusdem doloris ostenditur. dolor autem Cae-
ceronis, in Lentuli causa susceptus, quod singulari quod-
dam studio valde tamen non proficiat, cum ex ipsa sen-
tentia, & ex hoc toto orationis ambitu, tum verò maxime
ex primis verbis, vnde oritur sententia, colligitur. Et
omni officio, ac potius pietate. nam & in, Ego, vult
& augetur in, Omni officio; & cumulat in demum
reclione proxima, Ac potius pietate. officium enim am-
ris expers esse potest, & communiter in omnes conuenit
nomen autem pietatis quiddam etiam grauius, quae

amor, significat: itaque non communiter in omnes, sed pro-
prie conuenit in deos, quibus omnia debemus: deinde in pa-
triam, atque in parentes, quorum caritas proximè accedit
ad deos: tertio loco, erga omnes propinquos: postremo, er-
ga optimè meritos; quos diligere ut propinquos, & colere
parentum ferè loco, equum est. quae singula eodem quo
proposuimus, ordine probemus. Ac pietas quaedam in deos
multis cognoscitur exemplis: quorum pauca recitabo. de
Nat. deor. lib. 1. Pietas, sanctitas, religio purè, & castè tri-
buenda sunt deorum numini. Et infra ibidem: Pietas est
iustitia aduersus deos. Et lib. 111. de Fin. Nec verò pietas
aduersus deos, nec quanta ijs gratia debeatur, sine expli-
catione natura intelligi potest. Et pro domo: Nec est
vlla erga deos pietas, nisi honesta de nomine eorū, ac men-
te opinio. Et lib. 11. Off. Pietas & sanctitas deos placato-
s efficit. Et in Topicis: Aequitas tripartita dicitur
esse, vna ad superos deos, altera ad manes, tertia ad ho-
mines pertinere. prima pietas, secunda sanctitas, tertia
iustitia, aut aequitas nominatur. Quae verò, ad patriam,
parentes, propinquos est, licet non bene meritos pertinent,
haec sunt. lib. 11. de Inuent. Pietas est, quae erga patriam,
aut alios sanguine coniunctos officium conseruare mo-
neat. Pro Flacco: Nimia pietas, & summus amor in pa-
triam. De somnio Scip. Iustitiam cole, & pietatem: quae
cum sit magna in parentibus, & propinquis, tum in patria
maxima est. Et in Bruto: Vtinam C. Gracchus non tam
fratri pietatem, quam patriae praestare voluisset. Pro Cae-
lio: Pietas in parentes, indulgentia in liberos. Pro Plan-
cio: Omitto illa, ut viuat cum suis, primum cum parente:
nam pietas fundamentum est omnium virtutum. Et Acad.
lib. 11. Admodum adolescens cum fratre, pari pietate
& industria praedito, paternas inimicitias est persecutus.

Et ad Att. ep. 3. lib. VI. Cum bellum esse in Syria
 gnatum patetur; videaturne pietatis esse mea fratrem
 linquere. Pro Quintio: Si pietate propinquitas
 tur; qui affinem prodit, impius sit necesse est. Et ad
 T. ranium. ep. 20. lib. VI. Hic tui omnes valent, summi
 pietate te desiderant. Atque hac vno loco omnia, in
 oratione pro Plancio, comprehenduntur. pietas enim
 finitur, grata voluntas in parentes, in patriam, in de-
 in amicos: eaq; tribus modis laudatur, ut virtus, vir-
 tas maxima, ut virtutum reliquarum omnium u-
 ter. Exemplum pietatis etiam parentum in filio-
 rum Ciceronis afferam ex epist. 39. lib. XIII. Te
 mo sibi cavendum propter matrem, plenam pietatis. Ad
 rum Catulli: Egregium narras mira pietate parentum
 Qui ipse sui gnati minxerit in gremium.

Deorum, in homines. Statius in Silu. Vera deum pietas
 Extremum restat de pietate in bene meritos. quo ex-
 nere est illud ep. 1. l. 1. Fam. Ego omni officio ac po-
 pietate erga te. & ibidem ep. 9. Pericunda mihi sunt
 littera tua: quibus intellexi te perspicere meam in te pietatem
 quid enim dicam, benevolentiam? cum illud ipsum gram-
 matum, & sanctissimum nomen pietatis lenius mihi meretur
 erga me tuis esse videatur. Et in eadem, in extremo. Sed
 enim testes meritorum tuorum erga me, meaq; in te pietatem
 Cur autem, cum id quod diis hominibusq; debemus, pro-
 prie Pietatis nomine totum exprimat, non eodem nomine
 erga Lentulum Cicero vteretur, quem in utraq; post reditum
 oratione non modo parentem, verum etiam deum sua salutis,
 tae, fortunae, memoriae nominiq; vocat? Sic in epist. ad
 rionem lib. 2: cum Milonem commendat, bis nomen Pietatis
 usurpat; quod, eo adnitente, patriam recuperaverit. Et
 alibi saepe. Quod autem in primis quattuor verbis epist. 1.
 ad Lent.

ad Lent. Ego omni officio, ac, vocales concurrere passus
 est; in eo etiam moralis virtus elucet; laborare enim vide-
 tur, quod amatissimi hominis est, de re potius, quam de ver-
 bis. itaq; hac indigentiam non solum a reprehensione vindic-
 cat, verum etiam cum aliqua laude coniungit in Oratore: Ha-
 bet, inquit, ille tamquam hiatus, concursu vocalium, quasi
 molle quiddam, quod indicet non ingrati negligentiam de re
 hominis magis, quam de verbis, laborantis. Et in eodem li-
 bro, infra: Nemo est tam rusticus, qui vocales nolit coniun-
 gere, in quo quiddam etiam Theopompum reprehendunt, quod
 eas litteras tantopere fugerit: et si idem magister eius Iso-
 crates, at non Thucydides, ne ille quidem haud paullo maior
 scriptor Plato. Demosthenes tamen magna ex parte con-
 currens vocalium, ut vitiosam, fugit. Sed Graeci viderint:
 nobis, ne si cupiamus quidem, distrahere vocales con-
 deditur. Hec ille: qui tamen paullo post, non debere admo-
 dum crebro vocales vocalibus occurrere, indicat his ver-
 bis: Hoc idem nostri sapiens non tulissent, quod Graeci lau-
 dare etiam solent. Gellius & in poetis hoc probat l. VII. c.
 20. aitq; suavius esse in Virgilio. Vicina Veseno, Ora-
 iugo, quam, Vicina Veseno, Nola iugo: & apud Catullum,
 Ebriosa acino ebrioris. Dictum est de generibus episto-
 larum: quibus demonstratis, duplex occurrit animaduer-
 sio, primum qua utriq; sint apta generi sententia; deinde
 quibusnam sententiae verbis enunciantur. Ac licet, nisi
 fallor, simul utrumq; complecti, & ita desinire: Epistola
 consuetudinem ferè quotidiani sermonis debet imitari.
 nam si, quod inter longe remotos nequaquam vox &
 lingua praestare potest, id bono litterarum consequimur,
 ut is de rebus quae vel nostra vel amicorum intersint,
 communicemus; profecto nihil aliud quam ima-
 go quadam sermonis videtur epistola. idem sensit
 Artemon ille qui descripsit epistolas Aristotelis:
 quem

quem dixisse Demetrius ait, oportere eodem stylo & dialogū scribi, & epistolas: esse enim epistolam dialogi partem. Sententias tamen interdum grauiores, quam dialogus, & maiorem elegantiam admittit epistola; non modo quia studio curaq. maiore scribimus, quam loquimur, verum etiam, quia, cum ad principes viros, aut etiam ciuitates, litteras mittimus, quod interdum euenire solent habenda omnino videtur personarum ratio; & in eo paulum se tollat epistola, non modo licet, verum etiam necesse est, quales enim putemus fuisse epistolas illas, quibus eloquentes, & docti, atq. ipse in primis Aristoteles Alexandrum Magnum, incensum cupiditate verissime periculis, cohortabatur ad decus? iam verò, que leguntur Themistoclis ad Philippum, habere eas quiddam amplius longeq. distare à communi sermone, negari non potest. In desunt Ciceronis in hoc genere nonnullæ, ut illa ad Laetium lib. v. Fam. de sui consulatus historia separatim componenda; & illa ad Dolabeilam lib. ix. qua ei de se lata columna, & ijs, qui eam Cesari mortuo, tamquam deo, in foro crexerant, supplicio affectis, gratulatur, in illa verò ad Lentulum que incipit, Periuicunde, parum multe sunt, in quibus aliquanto maior vel verborum copia, vel sententiarum splendor apparet, quam dialogi ratio, & natura postulet. Atque, quid in ea dialogo similiter peritur, in qua M. Brutus Ciceronem accusat, quod simpliciter nimis, ac demisse ad Octauium scripserit. Verum hoc, quidquid est licentiæ, prudentia moderatur, ne quis, personarum dignitas, res ipsa, quousque progrederi liceat, ostendit. Proprie verò & simplici argumento simpliciter stylo contentæ sunt epistolæ. Rectè & festinè Cicerone ad Patum: Quid tibi ego videor in epistolis? non plebeio sermone agere tecum? nec enim semper eodē modo

quid enim simile habet epistola aut iudicio, aut concioni? quin ipsa iudicia non solemus omnia tractare vno modo: epistolas verò quotidianis verbis texere solemus. Idem tamen qui hoc præcipit, non vsquequaq. seruat suam regulam: indulget enim ingenio non numquam, & epistolas concinnat, atq. ornat verbis aliquanto illustrioribus, quam que populo familiaria, & communi sermone trita sunt, sed hoc eiusmodi est, ut immodicè, ac temere si fiat, fastidium pariat, & in reprehensionem incurrat; sin modicè, & loco, deleat sine satietate, & laudem assequatur. decet igitur idem, & dedecet, pro ut entis ingenio; quod alijs quoque rebus cōtingit, hac virtute vel solus inter Latinos, ut mihi quidem videtur, vel certè maximè omnium Cicero excelluit. Demosthenem quidem ita vicit, ut comparatio nulla sit: quod Quintilianus quoq. vidit. Breuitas laudatur in epistolis: in re quidem; breui enim sermone magis capimur, quam producto: verum in omni re modus est: & peccat eodem ferè modo, qui multa paucis contrahit, & qui pauca diffundit in multa. Præclarè Gregorius Nazianzenus, qui utroque vitio laborant, eos iaculantibus comparat, ita mittentibus telum, ut vel supra scopum, vel infra feratur. utrique enim errant pariter, licet contrario modo. Hic mihi committendū non puto, quando de epistolis agitur, ut fraudentur studiosi pulcherrima ipsius Gregorij, viri eloquentissimi, epistola, nondū edita: in qua prudenter, & ingeniose quæ ad hoc ipsum scribendi genus attinent, omnia persequitur; sic ut ne Demetrius quidem ille quem supra appellauimus, vel plura, vel meliora irradiderit.

GREGORIUS NAZIANZENSIS

NICOBLIO.

QVI epistolas scribunt, (quoniam hoc etiam postulas) quidem pluribus verbis, quam deceat, alij verò exiliatè admodum scribunt: & utriusque modum non seruant: quem admodum qui ad scopum iaculantur, siue infra mittunt, siue supra. errare enim æquale est; licet à contrarijs fiat. est autè epistoliarum modus ipsa res: cum neque pluribus verbis, ubi multæ sunt res, scribendum sit; neque paucioribus, ubi multa quid enim oportet vel Persica schæno, vel puerilibus cubitis pietiam metiri, atque sic imperfecta scribere, vt nec scribere sed imitari vmbrae meridiana, aut centrorum, in oculos currentes, quarum confident longitudines, & obscure potius quam perspicue, cernuntur, extremo aliquo significat; (suntque quomodo apposite dicam?) similitudinum similitudines: cuius oportet, qui utriusque iniustam mensuram velit euitare, iustam eum consequi. De breuitate igitur hæc statuo. De perspicuitate autem illud constat, oportere, qui elaboratum vitet, quantum oportet, magis ad id quod communius est inclinare. & vt conplectar paucis, optima est & pulcherrima epistola, quæ tum modestum, tum etiam eruditum persuadere possit; in doctum, vt ad multitudinem scripta; eruditum, vt multitudinis caput superans. item, quæ sua sponte intelligitur. æquè enim ab obliuiscendum est, & griphos considerare, & epistolam interpretari. Terminus est epistoliarum gratia. hanc porro seruabimus, si neque sicca proflus, & inuenusta scribamus, & illepidæ, & inornatæ & incultæ, quod dicitur, vt sine sententijs, & prouerbij, & dictis & salubris, & reconditis iocis, quibus sermo conditur; neque valde his abusi esse videamur. alterum enim agreste, alterum verò cum satietate. Hæc autem cætenus vtenda, quatenus purpuris in textilibus. figuras autem recipiemus quidè & pædas, & has non impudenter. antitheta verò & æqualia, & similia ter desinentia rhetoribus dimittemus. sicubi autè assumamus tamquam iocantes potius hoc faciamus, quam serio agemus. Summa hæc est: quod ab eloquente quodam homine de aqua accepit, cum diceret: Quo tempore aues de principatu distabant, & aliter exornatæ venerunt, in aquila formosissimè

num id fuisse, quod nihil formosum esse putaretur. hoc & in epistolis maxime obseruandum, vt minime sint elaboratæ: quod proxime ad naturam accedit. Hæc tibi de epistolis, tamquam per epistolam, à nobis: nec fortasse nobis conuenienter, qui maiora curamus. Reliqua verò & ipse tibi tuo studio comparabis, cum ingenio valeas; & docebunt ij qui hoc scientiæ genere excellent.

Prouerbia non excludit, sed crebra non probat. quod Cicero ni quoque placuit: itaque paucis vitur. at Demetrius, Κάλλῳ, inquit, ἐπιφύλις συνκείψατο γρημίαι· δημοτικὸν γὰρ ἐστὶν ἡ περὶ γρημίαι, καὶ κοινόν. Ego seruo, & seruabo Gregorij documentum, vt prouerbij neque numquam, neque sæpe vtat: accedente præsertim Ciceronis exemplo; quem cum lego, nullius rhetoris præcepta desidero.

DEMETRIUS PHALEREVS de interpretatione.

EPISTOLARVM character cum exsilitate indigeat, & de ipso dicemus. Artemo igitur qui Aristotelis epistolas collegit, ac in lucem protulit, eodem modo dialogum & epistolas oportere scribere asserit; eo quòd epistola ferè tamquam altera dialogi pars, non tamen omnis esse videatur. Nihil fecius opus est epistolam magis quam dialogum exornare. nam hic, inconsideratè ac improuidè facientem imitatur; illa verò scribitur, & quodam modo dono mittitur. Quis enim, ad amicam litteras dans, eo dicendi genere vtatur, quo Aristoteles ad Antipatrum, de quodam sene extorret scribens, vtitur? dum inquit: Si hic autem ad omnia abijt exsilia, adeò vt in patriam vilo pacto reduci reuocariq; nõ possit, perspicuum est, neminem ad inferos descendere volentibus inuidere. Nam, qui ita sermocinatur, demonstranti potius, quam loquenti, similis esse videtur: & solutiones tantopere exsiles sunt, vt epistolis nequaquam congruant. Solutio etenim in scriptione est res perobscura. Et illud sanè, quod ad imitandum pertinet, non est tam scriptionis quam certaminis proprium ac peculiare, veluti in Euthydemo: Quis nam ille erat, ò Socrates, qui cum heri in Lycio disputabas, frequens profectò turba circumstabat. Et paululum procedens, infert: At mihi peregrinus videbatur. deinde cum quo disputabas, quisnam erat? Omnis enim eiusmodi elocutio & imitatio, histrionem magis quam epistolam scribentem, decet. Plurimum etiam moralitatis contineat epistola, quemadmodum & dialogus. nam quilibet imaginem sui propè ipsius animi, scribit.

bit epistolam. Et ex alio quidem dicendi genere, licet scriberent morem, seu ingenij indolem omnino cognoscere, sed ex nullo alio magis & melius, quàm ex epistola. Magna autem epistolæ, veluti & elocutio, contrahatur. Namque sunt nimis longæ, & ad hæc per locutionem tumidiores, ciuntur: quæ profectò reuera epistolæ non sunt, at operarius, epistolæ inscriptionem, Saluere, habentia, quemadmodum Platonis, & Thucydidis plurima. Verum constructio nimirum magis dissoluatur. Nam per periodos ire, tamquam non epistolam, sed iudiciū scriberentem, supra quàm dicitur, ridiculum est; & non solum ridiculum, sed & amœnequaquam conueniens. In scribendis enim epistolis, in quod in proverbio dicitur, Ficus ficus, sectari ac communi oportet. Insuper scire eisdem opus est, quod non solum oportet, verum etiam res quædam sunt epistolarum propria. Itaque Aristoteles id, quod epistolis conuenit, earum proprium est, videtur maximè consecutus esse. non enim hoc tibi scribo; eo quod epistolæ non congrueret. nam quæ ipsam sophismata, & de natura disputationes, epistole complecteretur, scriberet quidem, sed epistolam nequaquam. In epistola enim quæ breuis, & de re simplici narranda debet, & simplicibus nominibus confici, comitas quæ requiritur atque festiuitas. Pulchritudo autem ipsius amica benignitas: ac, si frequentia in ea fuerint propria, hoc planè scitum, cum sit commune, & vulgo satis factum, lum in sit epistolæ. Qui verò sententias & cohortationes scribit, non per epistolam, sed per artificium & machinamentum quenti similis admodum videtur. Aristoteles sanè & demonstrationibus in modum fermè epistolæ utitur. sicut cui docere; similiter magnis & paruis ciuitatibus benefacere esse, inquit: *Dij utiq; in ambabus æquales sunt. igitur quæ deo deæ gratiæ æquales sunt, & apud ambas tibi redduntur, ambas beneficio oportet afficere.* Etenim, quod ab ipso monstratum est, & demonstratio ipsa, epistolarem esse propria. Et, quoniam ad ciuitates aliquando, interdum ad res scribimus, eiusmodi epistolæ sint etiam aliquo modo paræ elegatæ. Consideranda item est persona cui scribitur, uel nata sit epistola, si opus est; non tamen pro epistola uolunt scribitur: quemadmodum Aristotelis ad Alexandrum epistolæ & ad Dionis familiares Platonis epistola. Vniuersum ex his duobus characteribus per elocutionem committitur epistolæ: ex urbano scilicet, & ex sili. Et de epistola quæ de tenui simul caractere, hæc dicta sufficiant.

CODICILLORVM vsus antiquissimus fuit iam ante chartam inuentâ. itaq; scripsit Homerus Iliad. lib. 2. pag. 66. Bellerophonis in Lycia codicillos esse datos. quo argumento, nondum eo tempore inuentam esse chartâ, Plinius lib. xi. 11. cap. 13. probare conatur. etsi aliter sentire videatur eiusdem libri cap. xi. qui chartam Alexandri Magni victoria reperitam, condita in Aegypto Alexandria, scribit. Codicilli autem dicti à Caudicibus, id est, arborum libris: plures enim lignæ tabellæ glutino iungebantur; item ut iunguntur hodie nostrates libri. Sed ante, quàm in arborum libris, palmarum in folijs esse scriptum, idem Plinius auctor est, eodem libro, & eodem cap. & hæc subiungit: Publica postea monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis confici cœpta, aut ceris: pugillariū enim usum fuisse, etiam ante Troiana tempora, inuenimus apud Homerum. Quibus verbis Pugillaria significat codicillos esse, id est, tabellas cera illitas, in quibus pungendo, stylo impresso, scriberetur: vnde Pugillaris nomen. Verum etsi apud chartam fuere, post eandem tamen inuentam mansere Codicilli, commodi scilicet causa: quoniam ubi charta, & atramentum non adesset, ut in itinere, in cena, in senatu, Codicilli, stylo scripti, mittebantur. itaque Cicero, Fam. epist. 18. lib. vi. Quæsiuit, inquit, è Balbo, per codicillos quid esset in lege. & Sulpicius, epist. 12. lib. iv. Puer Acidini mihi obuiam venit, cū codicillis. Interdum ipsi codicilli non mittebantur, sed scribebantur in ijs, quod in chartam deinde translatum mitteretur. propterea, Harum exemplum in codicillis ex arau, ait Cicero, lib. 1x. Fam. epist. vii.

NON eodem modo libri apud veteres, & epistolæ scribebantur. libri enim pluribus paginis descripti, circa lignum, aut aliquod osseum, ut ait Porphyrio, vel corneum, teretis formæ, inuoluebantur, id appellabant Umbilicum: quod, ut umbilicus in medio ventre, item illud, libro iam circa inuoluto, medium. extremæ partes à similitudine vocabantur Cornua, ut multis poetarum exemplis intelligitur. Epistolæ autem nec semper vna pluribusve, sed modò vna, modò pluribus conscribebantur paginis; nec inuoluebantur, sed complicabantur. complicatis, linoque traiectis, qui mercatorum hodie mos est, anulus imprimebatur. Objicieitur illud, ex epist. 7. lib. 111. Fam. Appiani mihi volumen à te reddiderunt. quod de vna epistola dictum esse, eo constat: quia sequitur, Eadem epistola petebas. Sed, Volumen dixit Cicero non de inuoluta epistola, sed de longissima, quæ voluminis instar esset. Quod si epistolas conscriuari

seruari opus esset; alia ratio erat. tunc enim non complicabantur, sed inuoluebantur; quorūq. epistolarum libri, tot volumina fiebant. vnde illud ad Tironem epist. 17. lib. xvi. Video, quæ agas. tuas quoque epistolas vis referam in volumina. Erad. Auticum, epistol. 30. lib. xii. Euolui volumen epistolarum tuarum. Ad Cornificium autem, epistola vltima lib. xii. cum scripsit, Non te epistolis, sed voluminibus, lacefferem; non de multis epistolis dixit, sed de longissimis, quæ volumen singulæ conficere posse viderentur. Plinius etiam singulos historiæ suæ libros Volumina appellat lib. xii. cap. 3. cap. 25. cap. 26. cap. 27. Nunc dicendum aliquid est de pagellis epistolarum. Latinitas non omnium eadem erat: quod Plinij testimonio comprobatur: qui lib. xii. cap. 13. maximam latitudinem ait fuisse tresdecim digitorum. id Cicero ipse Fam. epist. 13. lib. ii. ad Cælium significat; ait enim: Extrema pagella pupugit me tuo chirotopho: cum tamen eæ Cælij litteræ, quibus Cicero responderarum lib. i. in. initiū est, Non dubito, satis longæ sint. Idem lib. xii. epist. 25. ad Brutum dixit in extremo: Altera iam pagella procedit. nec tamen tota illa epistola, quam non ceperat vnica pagella, quartam illius Cælianæ partem æquat. ergo illa qua scripsit Cicero ad Brutum, angusta pagina, illa verò latior, qua Cælius ad Ciceronem. Quæri etiam potest ab vna tantæ parte, an vtrimque scriberentur epistolarum, & librorum pagina. Vtrimque non puto. quod vel vnico illius ad Brutum epistolæ argumento cognoscitur, cuius proximè facta mentio est: nam si angustam eam pagellam fuisse constat, quæ tantulæ epistolam non ceperit; quanto angustiorẽ fuisse necesse est: quæ vtrimque scripta tamen non sufficeret?

Quint. lib. ix.

FEST ante omnia oratio alia iuncta, atque contexta; soluta, qualis in sermone & epistolis; nisi cum aliquid superturam suam tractant, vt de philosophia, de rep. similibusque. Quod non eo dico, quia non illud quoque solutum habeat quosdam, & forsitan difficilioreẽ etiam pedes; neque enim inhiare semper vocalibus, aut destitui temporibus volunt sermo epistola; sed non fluunt nec cohærent, nec verba de verbis trahunt; vt potius laxiora in his vincula, quàm nulla, sint.

D. Hier. epist. 42. ad Niceam.

TYRIPILIUS, Comicus, tractans de vicissitudine litterarum, Sola, inquit, res est, quæ homines absentes præsentem facit.

Ibidem.

RVDVS illi Italiæ homines, quos Cæscos Ennius appellat, qui sibi, vt in Rhetoricis ait Cicero, ritu ferino victum quærebant, ante chartæ & membranarum vsus, aut in dedolatis è ligno codicillis, aut in corticibus arborum, mutua epistolarum alloquia miscebant. vnde & portitores earum, Tabellarios; & scriptores, à libris arborum Librarios vocauerunt.

Cicero Fam. lib. ii. epist. 4.

EPISTOLARVM genera multa esse non ignoras, sed vnum illud certissimum, cuius causâ inuenta res ipsa est, vt certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum interesset. reliqua sunt epistolarum genera duo, quæ me magnopere delectant; vnum, familiare, & iocosum; alterum, seuerum, & graue.